to mortali exiſtens. quia nullus in
peccato mortali exiſtēs debet celebra
re miſſam. Notandum eſt tamen: ꝙ
aliquem eſſe in peccato mortali: pōt
eſſe duobus modis. Uno modo ꝙ
ſit in peccato mortali notorio. Alio
modo ꝙ ſit in peccato mortali occul
to Si primo modo. ſ. ꝙ ſit notorie
hereticus ſciſmaticus ſimōiacus ex
communicatus vel fornicarius: nō
ſolum ip̄e peccat in celebrādo miſſaꝫ
imo omnes qui audiunt miſſam ſuā
vt dictum eſt Et ratio eſt. quia iſta
quatuor crimina maxime repugnāt
huic ſacramento Nam in hoc ſacra
mento eſt ſecretum fidei. ideo repel
luntur heretici. Et eſt vinculum ca
ritatis. Jdeo repelluntur ſciſmatici
vel excommunicati Eſt autem vas
gratie. vnde appellatur eucariſtia.
ideo repelluntur ſimoniaci. qui gra
tiam emunt et vendunt. Eſt etiam
eleuans hominem ad ſtatum ſpiritu
alem. ideo repelluntur notorij forni
carij. qui omnino ſunt carnales et
dicuntur notorij non propter ſuſce
ptioneꝫ vel alia ſigna improbabilia.
ſed qui ſunt ſcd̄m ordinem iuris cō
demnati de tali crimine. vel ſponte
in iudicio confeſſi et canonice conui
cti. vel propter euidentiā facti. Et
nota euidentiam facti. i. quando fa
ctum eſt ita notoriū: ꝙ non indiget
teſtibus. cuꝫ nulla poſſit tergiuerſa
tione celari. Si ſit in peccato mor
tali occulto: tunc ſciendum eſt ꝙ ali
quem eſſe in peccatomortali occulto
poteſt eſſe tribus modis. Uno mo
do quia commiſit actu. vel ſcit ſe cō

miſiſſe tēpore preterito aliquod pec
catuꝫ mortale. de quo non dolet nec
penitet nec conteritur. et talis ſic ce
lebrans nōn ſolum peccat mortalit̄
ſed mortaliſſime. et de tali dicit apo
ſtolus Qui manducat et bibit indi
gne iudicium. ſ. mortis eterne ſibi
manducat et bibit. Alio modo aliq̄ſ
poteſt eſſe in peccato mortali occulto
. ſ. quia commiſit aliquod peccatum
mortale: quod non fuit cōfeſſus tūc
tamen non recolitur de illo peccato
Et tunc aut talis diligenter exami
nauit anteqꝫ poneret ſe ad celebran
dum conſcientiā ſuam. et nullo mo
do potuit recordari. et eſt in propo
ſito ꝙ ſi recordaretur: confiteretur
de illo peccato: et faceret penitentiā
de ipſo. et in generali conteritur de
omnibꝰ peccatis oblitis. Et iſte nō
ſoluꝫ nō peccat in celebrando: imo
virtute ſacramenti miſſe meretur ve‑
niam et abſolutioneꝫ de illo peccato.
Et ita intelligitur illud verbum exi
mij doctoris auguſtini ꝙ ſacramen
tum iſtud viuificat mortuos. i. illos
qui iſto modo exiſtentes in peccato
mortali celebrant. tamē ſi poſtea ta
lis recordaretur de illo peccato: ten̄
tur ip̄m confiteri. Et ideo quilibet
tenetur anteqꝫ ponat ſe ad celebran
dum diligenter examinare conſcien
tiam ſuam: ſi ſit in peccato mortali
vel ne Et ita precipit beatus paulꝰ
dicens. Probet. i. examinet ſeip̄m
homo. et ſic de pane illo edat. ⁊ de
calice bibat. Si autem aliquis exi
ſtens in peccato mortali de quo non
recordetur exponat ſe ad celebrāduꝫ
āteqꝫ examinauerit aliquomodo cō
ſcientiam ſuam: credo ꝙ peccat. qui
a eſt tranſgreſſor p̄cepti apoſtoli iaꝫ
dicti Scilicet Probet ſeip̄m homo
⁊ c̄. Tertio modo aliquis poteſt eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in peccato mortali . ſ. quia recordat̃
ſe determinate aliqđ peccatum mor
tale cōmiſiſſe . et tunc aut iſte habet
in preſenti copiā confeſſoris : aut nō
Si habeat copiam cōfeſſoris: tenet̃
anteq̃z celebret confiteri. et niſi cōfi
teatur peccat mortaliter. nec ſufficit
ſibi confeſſio gen̄alis: que fit in pn
cipio miſſe. quia illa confeſſio extēdit
ſe ſolum ad peccata venialia. et non
ad mortalia . et maxime ad illa de q̇
bus homo recordatur . Si autem
talis non habeat copiam confeſſoriſ
aut īminet ſibi neceſſitas celebrandi
aut non . ſi īminet ſibi neceſſitas ce
lebrandi. puta quia iſte eſt curatus
et eſt dies dn̄ica vel aliqua dies ſolē
nis ⁊ populus ſibi cōmiſſus vult au
dire miſſaz. et erit ſcandalum in po
pulo ſi iſte n on celebret. vel forte a
liquis perrochianus ſuus eſt in fir
mus periculoſe. ⁊ requirit iſtum ꝙ
det ſibi corpus chriſti. et iſte non ha
bet hoſtiam conſecratam quam det
ſibi . vel iminet ſibi aliqua alia ne
ceſſitas celebrandi legitima. ſic̃ ſunt
nuptie vel aliquid tale : in iſtis caſi
bus iſte tenetur cōteri ⁊ penitere de
peccato ſuo ⁊ eſſe in propoſito confi
tendi ip̄z quādo habuerit oportuni
tatem confitendi et dicat miſſam ſu
am in nomine dei. quia chriſtus q̇
eſt ſūmus ſacerdos abſoluit eum. ⁊
tn̄ confiteatur poſtea qn̄ habuerit
copiam confeſſoris. ſi autez iſti qui
vt dictū ē exiſtit in peccato morta
li nō iminet n̄ceſſitas aliqua legitia
nullo° exponat ſe ad celebrandum.
q̄z abſq̄z dubio ſi celebraret: morta
liſſime peccaret Sed ponatur ꝙ a
liquis ſacerdos accipiat pecuniam
ab aliquo vt dicat miſſam de requiē
vel aliquam aliam miſſam. nūquid
talis ſacerdos habet neceſſitatem le
gitimam celebrandi . ita ꝙ poſſet ce
lebrare exiſtens in peccato mortali
abſque hoc ꝙ confiteatur . ſi non
habeat copiam confeſſoris ? . Dico
ſaluo meliori iudicio quantuz mihi
videtur ꝙ nullus ſacerdos debz ac
cipere pecuniam pro dicenda miſſa
ita ꝙ ſit intentio ſua : ꝙ miſſa equi
paretur precio pecunie . tn̄ q̄z ſcd̄m
ꝙ dicit apoſtolus . Si ſpūalia vo
bis ſeminamus : non mirum ſi tem
poralia veſtra metamus . non ergo
prohibituz eſt quando ſacerdos pro
ſuſtentatione vite ſue non pro preci
o miſſe recipiat pecūias ab eo ꝓ quo
debet celebrare miſſaz. ⁊ maxime qn̄
ſacerdos non habet ſufficientes red
ditus pro ſuſtentatione vite ſue Sz
nūquid talis receptio pecunie eſt ne
ceſſitas legitima celebrādi miſſaz ex
cuſans iſtū. ꝙ exiſtens in pc̄co mor
tali poſſet dicere miſſam abſq̄z pc̄co
ſcilicet ſine hoc quod confiteatur ſi
non habeant copiam confeſſoris di
co ſaluo iudicio meliori : ꝙ iſte ſa
cerdos aut eſt obligatus ratione be
neficij ſibi collati ꝑ ſuꝑiorez vel ꝑ il
luz q̇ hēt ius patronatus in illo be
neficio ad dicendum qualibz die miſ
ſaz : ſic̃ ſunt illi qui hn̄t vicarias per
petuas ſiue capellanias in aliqua ec
cleſia. ⁊ de tali idē videt̃ mihi dicen
dum : ſicut dixi ſupra de curato cuz
imminet neceſſitas celebrandi . ꝙ ſci
licet conteratur ⁊ peniteat d̾ pc̄co ſuo
et ſit in propoſito confitendi. et cele
bret ī noīe dn̄i . tn̄ confiteatur qn̄o
occurret ſibi cōfeſſor . Aut iſte ſacer
dos recepit pecunias ꝓ dicēda aliq̄
miſſa ſingulari . ſic̃ ſunt multi q̇ re
cipiunt pecūias ꝓ miſſis rogatis. ſic̃
ꝓ vna vel ꝓ pluribꝰ de req̄ez de ſpū
ſcō d̾ bt̄a maria vel de īfirmis. ⁊ ſic d̾
alijs . Et de iſto dico ꝙ nullo° exi
ſtēs in peccato mortali antequā con
fiteatur debet ſe exponere ad dicen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum miſſaʒ. q꞉ peccaret mortaliter
in dicēdo. nec exiſtēs in tali ſtatu de
bet recipere pecunias ꝓ dicenda miſ
ſa ſtatim. imo debet ſe excuſare dicē
do amice ego non ſum bene diſpoſi
tus pro nunc ad dicēdum miſſam.
ſed qn̄o deus voluerit ꝙ ego ſiʒ diſ
poſitus: libēter faciā qđ petis interī
parcas mihi. ⁊ ſi aliter faciat peccat
mortaliter. Et ſi alius inſtanter pe
tat ꝙ ſtatī dicat miſſaʒ: ſi recepit pe
cunias ſtatī reſtituat eas. et nulloꝰ
exponat ſe ad celebrandū. Dixi etiā
ſupra deſcribendo q̇s ⁊ qualis debet
eſſe miniſter miſſe: cui nō eſt ꝓhibitū
celebrare. quod dixi ꝓpt̄ aliquos re
ligioſos. q̇bus ſcđm ſtatuta religiōis
ſue ꝓhibet̄ ꝙ nō celebrent q̄ʒdiu ſūt
in aliq̇bus penitētijs ꝓ q̇buſdā pc̄cīſ
p̄teritis. Sed nūquid āgelꝰ pōt eē
miniſter ſacramēti iſtiꝰ. i. nūquid ā
gelꝰ pōt conſecrare Dicendū ꝙ nec
angelꝰ bonꝰ nec malus poteſt conſe
crare de ſua natura. q꞉ nō eſt ſuſce
ptibilis caracteris ſacerdotalis. Cu
ius ratio eſt. q꞉ caracter ſacerdotaliſ
preſupponit caracterē baptiſmalem
Vnde nullus poteſt ordinari in ſa
cerdoteʒ niſi ſit baptizatꝰ. Arguūt
ergo doctores ſic. Nullus poteſt ſu
ſcipe caracterē ſac̄dotaleʒ niſi ſit ba
ptizatus. ſed angelus nō poteſt bap
tizari. q꞉ ille q̇ baptizatur oportʒ ꝙ
aſpgatur aqua. angelꝰ autem non
pōt aſpgi aqua. cum nō ſit res cor
porea. quare angelꝰ non pōt bapti
zari. et ꝑ conſequens non poteſt in
ſacerdotē ordiari. Et ſi dicat̄ ꝙ licʒ
angelus nō ſit res corporea: tn̄ pōt
aſſumere corpus. ⁊ ſic poterit ī illo
corpore baptizari, Sic aīa rōnalis
nō ē res corpea: et tn̄ baptizat̄ ī cor
pore. Reſpōdēdū ꝙ nō ē ſimile. q꞉

aliter vnit̄ aīa corpi: ⁊ aliter ange
lus. q꞉ aīa vnit̄ corpi vt forma ma
terie. angelus aūt nō vnit̄ ſic. ſed
ſolum vt motor mobili. et ideo aīa
baptizato corpore baptizatur. non
autem angelus. q꞉ anima et corpuſ
faciunt vnum ſuppoſitum. non ſic
angelus cum corpe qđ aſſumit Et
ideo cum ſcđm philoſophum in ꝓhe
mio metha. actiones ſint ſuppoſito
rum. anima baptizato corpoꝛ bapti
zatur. non autem angelus. Et ſic
per conſequēs anima poteſt ſuſcipe
caracterem ſacerdotaleʒ non autem
angelus. quare angelus non poteſt
conſecrare. Sed quid ſi angelus p̄
ſentaret vnam hoſtiam dicendo eaʒ
eſſe conſecratam. nunquid illa hoſti
a deberet adorari? Dicendum eſt ꝙ
ſi angelus malus preſentaret eam:
non eſſet adoranda niſi cōſtaret pro
certo ꝙ eſſet rite conſecrata. Sʒ ſi
angelus bonus preſentaret eā: eſſet
adoranda Et ratio eſt quia teſte ſal
uatore angelus malus mēdax eſt ⁊
pater mendacij. et ſemper nititur de
cipere homines. quare nunq̄ʒ debet
ſibi credi. Angelus autem bonus ē
ſemper verax. et veritatis alumnꝰ.
et ſemper nititur ad hominuʒ ſalua
tionem. ⁊ ideo ſemper debet ſibi cre
di. Verum vt dicit apoſtolus ange
lus malus ſepe tranſfigurat ſe ī an
gelum lucis. et ideo ſemper hoſtia
ab angelo preſentata eſt adoranda
ſub cōditione. ſ. ſi ſit vere ⁊ rite cōſe
crata: niſi conſtaret pro certo ꝙ eſſʒ
angelus malus

## De materia eucariſtie .c.iij.

m Ateria ſacramēti miſ
ſe ē duplex. videlicʒ
pāis ⁊ vinū. ⁊ rō q̄

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re iſta duo ſunt materia iſtius ſacramenti eſt: quia iſtud ſacramentum eſt ordinatū ad ſpirituale nutrimē tum. nunc autem ſicut nutritio corporalis conſiſtit in cibo et potu corporalibus. et panis habet maxime rationem cibi. et vinum habet rationem potus. ita nutritio ſpiritualiſ conſiſtit in cibo ⁊ potu ſpiritualibus Et ideo in iſto ſacramēto datur corpus chriſti ſub ſpecie panis in cibuȝ et ſanguis chriſti ſub ſpecie vini in potum. Et ideo dicit ipſemet chriſt⁹ Jo. vi. vbi dicitur ſic. Caro mea vere eſt cibus. et ſanguis meus vere eſt potus. Sciendum autem ꝙ panis qui eſt materia hui⁹ ſacramē ti eſt panis de tritico aqua elementali confectus. Dico panis. quia ex paſta non poteſt cōfici corpus chriſti. Dico etiam de tritico. quia in alio pane. ſicut in pane de ſiligine vel de ordeo vel ꝺ quocūq; alio grano niſi de tritico nō poteſt cōfici corpus chriſti. Dico etiam aqua elemē tali confectus. quia eſto ꝙ panis eēt de tritico ſi eſſet confectus cum alia aqua vel cum alio liquore. ſicut cuȝ aqua roſacea vel vino vel lacte vel cū alio aliquo liquoꝛ niſi eſſet confectus aqua ſimplici ex tali pane non poſſet cōfici corpus chriſti Sciendū eſt auteȝ ꝙ ex precepto et vſu romane eccleſie: que diſponente domino omnium aliaruȝ eccleſiarum mater eſt et magiſtra. et ideo omnes eccleſie ſibi tanq̄ȝ matri ⁊ magiſtre dēbēt in omnibus obedire: panis de quo conficitur corpus chriſti debet eſſe azimus. quia licet ex vi ſacramenti ī panē fermentato poſſet cōfici corp⁹ chriſti: nihilominus qui in pane fermentato celebraret: peccaret mortaliſ et eſſet grauiter puniendus. Notandum etiam ꝙ vinū quod eſt materia huius ſacramenti debet eſſe vinum de vite. quia in alio vino. ſicut in vino malorum granatorum vel mororum vel pomoruȝ vel ī quocū q; alio vino niſi in vino de vite nō poteſt celebrari Notandum eſt etiā ꝙ in aceto vel in agreſti non poteſt celebrari nec conſecrari. et intelligo de aceto quod eſt omnino acetum. quia in vino aliquantulum acetoſo poſſet bene conſecrari. licet non debe ret qui poſſet habere aliud vinum. Et ratio eſt. quia non ſunt eiuſdeȝ ſpeciei cum vino cum habeant contrarias virtutes. In muſto licet etiaȝ poſſet conſecrari: tamen credo ꝙ eſt melius: ꝙ expectetur ꝙ ſit bene defecatum. cum ratione ſue limoſitatis vix poſſet bene euelli: quin aliquid de eo remaneret in vaſe. Ratio quare iſta duo. ſ. panis ꝺ tritico et vinum de vite ſunt magis materia iſtius ſacramenti q̄ȝ aliqua alia. Ratio eſt iſta potiſſima. qꝛ chriſtus inſtituit hoc ſacramētum in iſta materia celebrari. ſi enim in alia materia inſtituiſſet: illa materia eſſet propria materia iſtius ſacramenti. Sȝ congruenter chriſtus in hac materia magis inſtituit iſtud ſacramentuȝ celebrari q̄ȝ in alia. quia effect⁹ corporalis panis et vini maxime ſpiritualiter conueniunt huic ſacramēto Panis enim habet corporaliter cō fortare iuxta illud pſalmi panis cor hominis confirmet. Vinum etiam habet letificare iuxta illud eiuſdem pſalmi. Vinum letificet cor hominis. Et iſtud ſacramentum digne

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſumptū ſumētez ſpiritualiter confor
tat. ne i via hui⁹ mūdi dficiat. ideo
vocatur viaticū .i. viatores confor
tans et letificans Et ideo vocatur
eucariſtia ab eu qd eſt bonū. ⁊ caris
qd eſt gratia. quaſi bona gratia: q̄
ſumentem digne letificat Sicut eti
am panis ex multis granis conficit
et vinū ex multis racemis confluit:
ſic et p receptionem corporis et ſan
guinis chriſti fideles adinuicem ſpū
aliter vniūtur Et ideo vocatur com
munio a con qd ē ſimul et vnio qua
ſi ſimul vnio. Ipſe etiam chriſtus
comparauit ſe grano frumenti dicēs
Johannis xvi. Niſi granuz frumē
ti cadens in terra mortuū fuerit ⁊c̄
Comparauit etiam ſe viti dicens.
Jo. xv. Ego ſum vitis vera ⁊c̄.
Et ideo congrue ſacramentum cor
poris ⁊ ſanguinis chriſti in pane de
tritico et in vino de vite celebratur
Notandū etiā q licet aqua non ſit
de eſſentia materie iſtius ſacramenti
tamen debet admiſceri cum vino in
calice. ſed in modica quātitate. qꝛ a
qua ſignificat populū iuxta illd Je
remie. Aq̄ multe populi multi. J
deo mixtio aque cū vino in calice ſi
gnificat vnionem ſpūalem chriſti ⁊
populi fidelis. que fit virtute iſtius
ſacramēti. Sed nūqd ſacerdos poſ
ſet in quacunqꝫ quātitate d iſta ma
teria cōſecrare: Dicunt aliqui docto
res q non. ſz ſolū qātuz ſufficeret ſi
bi et populo ſibi commiſſo. Quoꝝ
ratio eſt. q cum iſtud ſacramentum
ordinet ad vſum fidelium: ſacerdos
non poteſt pl⁹ conſecrare: niſi quā
tum ſufficit vſui fidelium Alij autē
doctores dicunt q non eſt dtermina
ta quātitas. vltra q̄ ſacerdos non
poſſet conſecrare de pane et de vino/
imo in quacunque quantitate pre
ſentaretur ſibi panis et vinum: in
tanta quantitate poſſet conſecrare.
Cuz enim in forma conſecrationis
ponatur iſtud pronomen hic hec h⁰
oportet q materia conſecranda obij
ciatur oculis ſacerdotis Unde dñt
q ſacerdos exiſtens in altari nō poſ
ſet conſecrare totum panem qui eſt
in platea vel vinum quod eſt in cella
rio. ſed totuz panem et totum vinū
qui ſibi offeruntur in quacūqꝫ quā
titate eēt cōſecraret ⁊ rō ē qꝛ ſi pma
opio eēt va ſeqretur q ſacerdos exi
ſtens in deſerto non poſſet tot hoſti
as conſecrare: quot poſſet ſacerdos
exiſtens in vna magna ciuitate. ſic
etiam ſacerdos ſimplex poſſz tot ho
ſtias cōſecrare: quot poſſet ſacerdos
curatus que omnia ſunt abſqꝫ ratio
ne dicta. Et reſpondent ad rationē
aliorum et dicunt q differentia eſt.
inter hoc ſacramentuz et alia ſacra
menta. Nam eſſentia aliorum ſacra
mentoruz conſiſtit in diſpenſatione
⁊ vſu materie. Sicut eſſentia baptiſ
mi conſiſtit in aſpſione aque: ⁊ pro
latione forme. et ita eſt d alijs ſacra
mentis Sed eſſentia ſacramenti eu
cariſtie conſiſtit i conſecratione ma
terie. et non in vſu eius. Quia po
ſito q nunqꝫ hoſtia conſecrata ſum
eretur: adhuc verum eſſet ſacramen
tum. Et ideo licet ſacerdos non de
beat conſecrarē niſi tot hoſtias quot
ſibi ⁊ populo ſuo ſunt neceſſe: tamē
ſi conſecraret mille mila conſecrate
eſſent omnes. Solet autem ab aliq̄
bus circa iſtam materiaz talis q̄ſtio
moueri. Si eſſent hic terdecim ho
ſtie conſecrande. ⁊ ſacerdos non cre
deret eſſe niſi duodecim. Nunquid
ille omnes Terdecim eſſent conſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtrate: Ad hoc reſpondet dominus
Berengari⁹ Archiepiſcopus Cō
poſtellanus magiſter in ſacra theo
logia in quodaꝫ quolibetō ſuo. Et
dicit ꝙ aut iſte ſacerdos intendit cō
ſecrare omnes hoſtias que ſunt an
te ſe quotquot ſint tamen nō credit
ꝙ ſint niſi duodecim. ⁊ tunc dicit ꝙ
om̄s ſunt conſecrate. Aut intendit
preſciſe conſecrare duodecim et non
plures. et non determinat que ſunt
ille duodecim ⁊ tunc dicit ꝙ nulla ē
conſecrata. qꝛ cum quelibet ſit con
ſecrabilis et non magis vna ꝙꝫ alia,
et ſacerdos nō determinat ſe ad iſtā
magis ꝙꝫ ad aliā. qua ratione tu di
ces ꝙ iſta non eſt conſecrata: eade
ratione ego dicaꝫ ꝙ nec illa. Et ſic
poterit dici de qualibet. quare neu
tra erit conſecrata. Unde quando
ſacerdos habet cōſecrare plures ho
ſtias: non debet ſe determinare ad
certum numerum. ſed debet habere
intentionem: ꝙ conſecret quidquid
eſt ante ſe. Et iſta ſufficiant de ma
teria eucariſtie.

## De forma eucariſtie .c.iiij

OMnium ſacramen
torum forme con
ſiſtunt in verbis cer
tis ⁊ determinatis.
Et ideo forma ſacra
menti eucariſtie in
aliquibus verbis li
mitatis conſiſtit. Ad ſciendum autem
in quibus verbis cōſiſtit forma il
lius ſacramenti: ſciendum eſt ꝙ ī miſ
ſa ſunt quedam que ſunt de ſolenni
tate tantum. ⁊ quedam que ſunt de
neceſſitate. Verba ꝗ ſunt de ſolēni
tate ſūt illa ꝗ ſolū faciūt ad ornatū
⁊ ad quendā decorē miſſe ſicut ſunt
proſe et aliqui verſus qui dicuntur
infra. Gloria in excelſis deo et ē. ⁊
infra Sanctus et infra Agnus. et
iſta nihil faciunt ad eſſentiam miſſe.
imo credo ꝙ qn̄o deberet fieri p̄dica
tio: debēt dimitti totaliter vel admi
nus abbreuiari. qꝛ pl⁹ ꝓficit p̄dica
tio. ꝙꝫ talia carmina cū iſta mulce
ant aures corporis p̄dicatio autem
medetur langoribus cordis. Verba
autem que ſunt de neceſſitate: ſunt
illa que de directo ſunt de officio miſ
ſe. Sciēduꝫ aūt ꝙ duplex eſt neceſſi
tas. quia quedam eſt neceſſitas p̄ce
pti. ⁊ quedam eſt neceſſitas ſacramē
ti. In miſſa ergo quedam ſunt d̄ ne
ceſſitate p̄cepti ⁊ quedam de neceſſi
tate ſacramenti. De neceſſitate p̄ce
pti ſunt omnia illa: ꝗ a bt̄o Petro
apoſtolo ⁊ ab alijs ſummis pontifi
cibus ſucceſſoribus ſuis fuerunt inſti
tuta dici ī miſſa. De neceſſitate v̄o
ſacr̄i ſunt illa ꝗ Chriſtus in cena ꝓ
tulit. qn̄o iſtud ſacramētum inſtitu
it. Et ē dr̄a inter iſta v̄ba. qꝛ ſi ali
quis dimitteret illa verba: ꝗ ſunt de
neceſſitate p̄cepti. ⁊ diceret illa v̄ba
que ſunt de neceſſitate ſacramenti ⁊
haberet intentionem conſecrandi:
conſecraret vere. tamen mortaliſſi
me peccaret. ⁊ eſſet grauiſſime puni
endus. Si vero diceret om̄ia verba
illa. ꝗ ſunt de neceſſitate precepti. ⁊
dimitteret illa ꝗ ſunt de neceſſitate
ſacr̄i: quātūcūqꝫ intenderet cōſecra
re nullomodo cōſecraret. Cum er
go ſcd̄m philoſophum forma ē que
dat eē rei. et ſine qua res eē nō pōt
Manifeſtū ē ꝙ illa ſola verba que
ſunt d̄ neceſſitate ſacr̄i ſūt forma hu
ius ſacramenti. Iſta autem verba
quātū ad formaꝫ cōſecratōis corporis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Chriſti ſunt hec. Hoc ē enī corp⁹
meū. Sciendum autē ꝙ iſta dictio
enim nō eſt de neceſſitate ſacramenti
quia poſito ꝙ aliquis ſacerdos cum
intentione conſecrandi proferret v
ba iſta Hoc eſt corpus meum et nō
diceret enim: vere conſecraret. U
trum autem oporteat ꝙ precedant
aliqua alia verba: que ſint de itegri
tate forme. Notandum ꝙ magiſter
Johannes ſcotus in quarto ſuo di
cit: ꝙ omnia illa verba ab illo loco
Qui pridie ⁊ c. incluſiue vſq₃ ad il
lum locum Simili modo ⁊ c. exclu
ſiue: ſunt neceſſaria ad formam con
ſecratōnis corporis Chriſti. Et ra
tio ſua eſt. quia ſacerdos conſecrās
profert verba conſecrationis in per
ſona Chriſti. oportet ergo ꝙ vba ꝯ
ſecrationis precedant alia verba per
que demōſtretur ꝙ ſacerdos loquit̃
in perſona Chriſti. illa autem ſunt
illa verba Qui pridie et c. ergo de
neceſſitate oportet ꝙ illa verba pre
cedant. Et iſtud declarat ipſe ꝑ tā
le exemplum. Si aliquis diceret:
dico Chriſtum ieſum miniſtrum fu
iſſe circunciſionis: incertum eſſet v
trum illud verbum fuiſſet dictum a
btō Paulo. Sꝫ ſi ipſe diceret Pau
lus dicit dico Chriſtum Jeſuꝫ ⁊ c.
tunc eſſet cunctis audientibus certū
ꝙ illud verbum eſſet dictum a beato
Paulo. Similiter in propoſito ad
hoc ꝙ denotetur ꝙ ſacerdos dicat
verba iſta. Hoc eſt enim et c. in ꝑ
ſona Chriſti: oportet ꝙ precedant
aliqua verba. per que detur intelli
gi: ꝙ Chriſtus dixit iſta verba. ſ.
Hoc eſt enim ⁊ c. Jſta autem ver
ba ſunt Qui pridie ⁊ c. Alij autem
doctores dicunt vt dictum eſt: ꝙ du
plex eſt neceſſitas ſcilicet neceſſitas ſa
cramenti ⁊ neceſſitas ꝑcepti. Dicūt
ergo ꝙ de neceſſitate ſacri ſunt tātū
iſta quatuor verba. ſ. Hoc eſt corp⁹
meum quia cum iſtis quatuor vbis
fieret conſecratio. ſi ſacerdos diceret
ea cum intentione cōſecrandi. Oīa
autem alia verba ſunt tantum de ne
ceſſitate precepti. ſed qui ſcienter o
mitteret aliquid eorum mortaliter
peccaret. ⁊ nihilominus conſecraret
Et reſpondet ad rationem ſuā quā
do dicit: ꝙ ſacerdos conſecrans loq̄
tur in perſona Chriſti. et ideo opor
tet ꝙ dicat aliqua verba. per que d
notetur ꝙ loquatur ī perſona Chri
ſti. Dico ꝙ iſtud de neceſſitate ſacra
menti non requiritur. ſed ſufficit in
tentio ſacerdotis intendentis loqui
in perſona Chriſti. Et propter iſta
verba hoc eſt ⁊ c. ſatis oſtenditur: ꝙ
ſacerdos non loquitur in perſona ꝓ
pria. quia nullus credit ꝙ ſacerdos
velit dicere: ꝙ illud ſit ſuuꝫ propri
um corpus. ſed loquitur in perſona
Chriſti: cuius illud eſt corpus. Di
cendum eſt ergo: ꝙ forma conſecrati
onis corporis Chriſti conſiſtit ī his
verbis. ſ. Hoc eſt enim corpus me
um. De hoc autem. ſ. quid demon
ſtret iſtud pronomen demonſtratiuū
hoc cum dicitur hoc eſt enim et c. ē
magna dubitatio. Ad hoc autē di
xerunt aliqui doctores: ꝙ iſtud ꝓno
men hoc dmōſtrat corpus Chriſti.
alij dixerunt: ꝙ demonſtrat ſubſtā
tiam panis. Sed iſtud ſalua reue
rētia dicentium non eſt veruꝫ. Et
arguo ſic contra eos ſecundum ſen
tentiam omnium doctorum ⁊ ſecun
dum veritatem. verba ſacramenta
lia efficiunt illud: quod ſignificant.
ſed verba predicta. Scilicet Hoc
eſt enim et cetera. Non efficiunt ꝙ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſit corpus Chriſti. quia anteq̃ʒ pro
ferentur: corp⁹ Chriſti erat corp⁹
Chriſti. nec etiã efficiunt: q̄ panis
ſit corpus Chriſti. quia iſta ē falſa
panis ē corpus Chriſti. ergo iſtud
pronomen hoc non demonſtrat cor
pus Chriſti. nec ſubſtantiam paīs
Et propter hoc dicunt alij q̄ iſtud
pronomen hoc nihil demonſtrat. q2
iſta dicantur recitatiue a ſacerdote
et ideo modo iſtud pronomen hoc
non tenetur demonſtratiue. ſed ma
terialiter tantum. Sed iſtud dictuʒ
nihil eſt. quia non tollit difficultatē
quia licet iſta verba dicantur modo
recitatiue a ſacerdote conſecrante:
tamen Chriſtus conſecrans in die
cene non dixit iſta verba recitatiue.
et ideo qñ dixit iſta vba: iſtud pno
men hoc aliquid demonſtrabat. Et
ideo quero quid demonſtrabat tunc.
Et remanet eadem difficultas: que
prius. Et ideo dicunt alii: q̄ iſtud
pronomen hoc nihil determinatū de
monſtrat. ſed demonſtrat aliquid in
determinatum. Unde quando dicit̄
Hoc eſt corp⁹ meum ⁊ c̄. eſt ſenſus
hoc quod continetur ſub iſtis ſpecie
bus quidquid ſit: illud ē corpus me
um. Et ſi obiciatur q̄ illud quod cō
tinetur ſub illis ſpecieb⁹ pro toto tē
pore quo dicuntur verba eſt panis.
quia corpus Chriſti non incipit ibi
eſſe niſi poſt prolationem vltime ſil
labe ſcilicet um. Ergo ſi quando di
cit̄ ſic hoc eſt ⁊ c̄. ſit ſenſus q̄ illō qō
continetur ſub illis ſpeciebus ſit cor
pus Chriſti: erit ſenſus q̄ panis e
rit corpus Chriſti. quod eſt falſum
Dicendum q̄ iſta propoſitio hoc eſt
⁊ c̄. ſicut ⁊ quelibet alia donec tota
preferatur: non eſt perfecta. nec per
fectum ſenſum generat in animo au
ditoris. et ideo non̄ eſt iudicandum
de eius veritate: vſquequo ſit tota
prolata. Conſtat autem ſecundum
fidem: q̄ illud quod continetur ſub il
lis ſpeciebus poſt prolationem vlti
me ſillabe eſt corpus Chriſti. et ide
o vere dicitur: q̄ illud hoc demon
ſtrat illud quod continetur ſub illis
ſpeciebus: quodcunq̄ʒ ſit illud. Et
iſta ſufficiant de forma conſecratōis
corporis Chriſti.

Circa formam conſecratio
nis ſanguinis Chriſti ſci
endum ē in quibus vbis
conſiſtat dicta forma. Duplex ē o
pinio. Nam ſanctus Thomas de a
quino ⁊ ſui ſequaces dicunt: q̄ foīa
conſecrationis ſanguinis conſiſtit i
his verbis. Hic eſt calix ſanguinis
mei noui et eterni teſtamenti miſte
rium fidei. qui pro vobis ⁊ pro mul
tis effundetur in remiſſionem pecca
torum. Ita q̄ omnia iſta ſunt de eſ
ſentia forme. et qui aliquod iſtoruʒ
verborum dimitteret: nihil faceret.
Et ratio ſua ē iſta. quia de eſſentia
et integritate alicuius propoſitionis
non ſunt ſubiectum ⁊ predicatum:
ſed etiam ea que ſunt determinatio
nes ſubiecti et predicati. ſed iſta ver
ba noui ⁊ eterni teſtamenti ⁊ c̄. vſq̄ʒ
peccatorum ſunt determinationes i
ſtius p̄dicati ſanguinis mei. Quare
omnia ſunt de eſſentia forme et de i
tegritate iſtius propoſitionis Hic
eſt calix et c̄. ⁊ ideo omnia ſunt de
eſſentia forme cōſecrationis ſangui
nis. Magiſter autem Henricus d̄
gandauo et ſui ſequaces dicunt: q̄
in iſtis verbis tantum Hic ē calix
ſanguinis mei: conſiſtit forma con
ſecrationis ſanguinis Chriſti. et
iſtis verbis dictis ſtatim eſt ibi ſan

(c) 2006 Ministerio de Cultura

guis Chriſti. Alia autem verba q̄
ſequuntur. ſcilicet noui et eterni te
ſtamenti ⁊c. nō ſunt ſecundū iſtos
de eſſentia forme conſecrationis ſan
guinis Chriſti nec de neceſſitate ſa
cramenti. ſed ſolum ſunt de neceſſi
tate precepti. Unde qui dimitteret
aliqđ iſtorum verborum noui ⁊ eter
ni ⁊c. licet peccaret tamen nihilomi
nus conſecraret. Et ratio iſtorum ē
iſta. quia per formas ſacramentales
non importatur de neceſſitate ſacra
menti: niſi id quod efficiunt. Sed
eſſentia ſanguinis Chriſti in iſto ſa
cramento directe ⁊ explicite ſignifi
catur per iſta verba preciſe Hic ē
calix ſanguinis mei. Quare in iſtis
verbis preciſe conſiſtit forma conſe
crationis ſanguinis Chriſti. Que
iſtarum opinionum ſit verior: fate
or me neſcire. Primam tamen re
puto ſecuriorem. et ad eā confirmā
dam frater Bernardus đ gannato
quondā elect⁹ claromōtēſis bacala
ri⁹ ī theologia ī correctorio ſuo ꝯtra
magiſtrū hericū adducit talia duo ſi
gna. Primū ē. ꝙ ſacerdos in miſſa
n̄ oſtendit ſanguinē Chriſti populo
ad adorandum: quouſq3 compleue
rit omnia verba predicta. ſcilic3 hic
eſt calix et c. vſq3 in remiſſione3 pec
catorum. ⁊ ſtatim dictis iſtis vbis
eleuans calicem oſtendit ſanguine3
Chriſti populo ad adorandum inſi
gnum ꝙ tunc completa eſt conſecra
tio ſanguinis Chriſti et non ante.
Secundum ſignu3 eſt. beatus Am
broſius qui eſt vnus de quatuor do
ctorib⁹ principalibus eccleſie: ī miſ
ſali ſuo ſcripſit formas ſacramētoꝝ
omniū litteris aureis. et ī eodē miſ
ſali ſcripſit omnia verba predicta lit
teris aureis. Ergo de intentione

beati Ambroſij fuit ꝙ omnia vba p̄
dicta ſūt de forma conſecrationis ſā
guinis Chriſti. In iudicio enī me
o paruo hoc videtur eſſe de intentio
ne illius decretalis de. cele. mi. Cū
marte. Caſus enim decretalis eſt
iſte. Quidam enim Epiſcopus at
tendens et videns ꝙ in nullo euan
geliorum inueniretur ꝙ aliquis euā
geliſtarum poſuerit iſta verba miſte
rium fidei: mirabatur quis fuit tan
te audacie: ꝙ auſus fuerit vbis ſa
cramentalibus interponere iſta vba
et ſuper hoc conſuluit dominu3 Pa
pam. ⁊ conſtat: ꝙ intentio ſua erat:
ꝙ illud eſſet de integritate forme. a
liter queſtio ſua eſſet nulla. quia eo
dem modo poſſet querere đ quolib3
verbo totius canonis. Et domin⁹
Papa non reprehendit illum đ q̄ſti
one illa. imo commendat. Ergo vi
detur. ꝙ omnia verba illa ſunt đ in
tegritate forme. Et quicquid ſit de
veritate iſtarum opinionum: conſu
lo cuicunq3 celebranti: ꝙ dicat oīa
ſub vno contextu. et cum actuali in
tentione quanta poterit conſecrādi.
Sciendum eſt tamen: ꝙ vba iſti⁹
forme tangunt quatuor beneficia:
que recepimus a paſſione Chriſti.
cuius paſſionis iſtud ſacramentum
eſt rememoratiuum ſecundum ver
bum Apoſtoli primo ad corinthios
dicentis Quotienſcunq3 manduca
bitis pane3 hunc. et calicem bibetis
mortem domini annunciabitis ⁊c.
Prim⁹ effect⁹ ſiue beneficium paſſi
onis Chriſti ē: quia per ipſū ſum⁹
a poteſtate demonis liberati. et iſtō
tangitur in forma ſacramentali: cū
dicitur calix ſanguinis. ſicut enī3 fi
lij Iſrael fuerunt de poteſtate ⁊ ſer
uitate Pharaonis liberati: ita po

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pulus fidelis eſt a poteſtate demōis
liberatus per ſanguinem chriſti ſcdʒ
ꝙ confitetur beatus iohannes in a
pocalipſim dicens de chriſto, Rede
miſti nos deus in ſanguīe tuo. Se
cundus effectus ſiue ſecundūʒ bene
ficiuʒ quod recepimus per paſſionē
chriſti eſt: quia per ipam ſumus ce
leſtis glorie heredes facti. Et iſtud
tangitur in forma iſta: cum dicitur
noui et eterni teſtamenti. Sicut eiʒ
pater condens teſtamentū filios he
redes inſtituit: ſic chriſtus nouuʒ te
ſtamentum ordinans fideles inſtitu
it heredes glorie paradiſi. Et iſtud
teſtamentum fuit in ſua paſſione cō
firmatuʒ. quia teſtamentum morte
teſtatoris confirmatur. Et hoc eſt
quod dicit beatus paulus ī epiſtola
ad hebreos dicens de chriſto. Noui
teſtamenti mediator eſt: vt morte in
terueniente remiſſionem capiant: q̄
vocati ſunt ſupne heꝛditatis. Scie
dum autem eſt ꝙ lex euangelica dici
tur nouum et eternum teſtamentuʒ
ad differentiam legis moſaice. que
fuit teſtamentum in vetus et tranſi
torium. Et dicitur nouuʒ: quia no
ua promittit videlicet bona celeſtia.
que nunq̄ȝ legitur fuiſſe promiſſa in
veteri teſtamēto. ſed ſolum bona tē
poralia. Et ideo quia bona tempo
ralia tranſitoria ſunt: ideo vetus te
ſtamentum fuit tranſitoriuʒ. ſed qꝛ
bona celeſtia eterna ſunt: ideo teſta
mentum nouum vocatur eternum.
Dicitur etiam nouum: quia fuit no
uo modo inſtitutum. Lex enim mo
ſaica fuit inſtituta cum ſanguine ani
malium: ſcdm qd legitur. et recitat
apoſtolus in epiſtola ad hebreos di
cēs. ꝙ poſtq̄ȝ moiſes ſcripſerat legē
in libro ⁊ legerat coram omni popu
lo: aſperſit librum et populum ſan
guine animalium dicens. Hic eſt
ſanguis teſtamenti. Sed lex euan
gelica fuit inſtituta mediāte ſangui
ne chriſti ſcdm ꝙ dicit idem chriſtus
dicens. Hic calix nouum teſtamen
tum eſt in meo ſanguine. Et iſtam
rationem tangit apoſtolus in epiſto
la ad hebreos dicens Non eniʒ ſan
guinem hircorum aut vitulorum ſʒ
per proprium ſanguineʒ introiuit ſe
mel in ſancta redemptione inuenta
Et ideo noui teſtamenti mediator ē
Tertius effectus ſiue tertium bene
ficium quod per paſſionem chriſti re
cepimus eſt: quia per ipʒ ſumus in
fide catholica informati. Et iſtud
tangitur in forma iſtiuʒ ſacramenti
cum dicitur miſteriū fidei. Sic eiʒ
ſcdm ꝙ dicit btūs ābroſiuʒ in libro q̄
vocatur examero ſanguis extractus
de ſub ala dextra columbe valet ad
illuminādos oculos corporales: ita
ſanguis chriſti qui exiuit d̄ latere de
xtro eius pēdentis in cruce valet ad
illuminandos oculos anime. ad cre
dendam ea que ſunt fidei Et in hu
ius figura velum templi quod occul
tabat ea que erant infra ſancta ſan
ctoruʒ: fuit in paſſione chriſti ſciſſuʒ
in ſignum ꝙ ea que erant occulta ⁊
velata ſub vmbra legis ⁊ propheta
rum erant reſerata. Quartus effe
ctus ſiue quartum beneficiuʒ quod
recepimus per paſſionem chriſti eſt:
ꝙ per ipam ſumus a peccatis mun
dati. Et hoc tangitur in forma iſta
cum dicitur in remiſſionem peccato
rum. Et de hoc loquitur beatus io
hannes in apocalipſim dicens. Di
lexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is
in ſanguīe ſuo. Ex his patet ꝙ for
ma conſecrationis corporis chriſti cō

.c.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſiſtit preſciſſe in his verbis: videlicꝫ
Hoc ē corpus meum Forma vero
conſecratōnis ſanguinis chriſti con
ſiſtit in iſtis. Hic eſt calix ſanguis
mei noui ⁊ eterni teſtamenti miſteri
um fidei qui pro vobis et pro mul
tis effundetur in remiſſionem pecca
torum. Et ſi aliquis querat vel du
bitet quare in forma conſecrationis
ſanguinis chriſti non dicitur. Hic
eſt enim ſanguis meus ſicut in foꝛ̄a
conſecrationis corporis chriſti dicit̃
Hoc eſt corpus meum: poteſt dici
ꝙ cauſa huius eſt iſta. Hoc enim
ſacramentum ordinatur ad vſum fi
delium qui vſus eſt ſpiritualis ⁊ ſa
cramentalis manducatio quantum
ad corpus. et ſpiritualis et ſacramē
talis potus quantum ad ſanguineꝫ
Et quia homines magis abhorrēt
bibere ſanguinē ꝙꝫ comedere carnē
⁊ ideo ad remouendum horrorem
non dicitur in forma conſecrationis
ſanguinis: hic eſt ſanguis meus: ſic̃
dicitur in forma conſecrationis cor
poris. Hoc eſt enim corpus meum
ſed dicitur. Hic eſt calix ſanguinis
mei ⁊c̄. Et eſt ibi quedam figura:
quam gramatici vocant methonoia
ſcilicet quando ponitur continēs ꝓ
cōtento. ſic̃ quando dicitur bibatis
iſtud vas vini. quia non eſt ſenſus
ꝙ homo bibat vas: ſed ꝙ homo bi
bat vinum. Sic quando dicitur hic
eſt calix ſanguinis mei: non eſt ſenſꝰ
ꝙ ex virtute verborum ſit ibi calix.
quia āte erat ibi. ſed quod ibi ſit ſan
guis chriſti. Siquis etiam dubitet
quare in forma conſecratōnis corpo
ris chriſti nō dicitur Hoc eſt corpꝰ
meum: quod pro vobis tradetur. ſi
cut dicitur in forma conſecrationis
ſanguinis chriſti qui pro vobis effū
detur. Cum ita bene fuerit corpus
chriſti pro nobis traditum: ſicut ſan
guis effuſus. Ad hoc eſt dicendum
ꝙ iſtud ſacramentum eſt rememora
tiuum paſſionis et mortis chriſti.
Ita dicit apoſtolꝰ i epiſtola ad cor.
xv. Quotienſcunqꝫ ſumetis panē
hunc et calicem bibetis: mortem do
mini annunciabitis donec veniat di
es. ſ. iudicij Chriſtus etiam inſtitu
ens iſtud ſacramentum dixit. Hoc
facite. i. quotienſcunqꝫ ſumetis i m̄
am commemorationem. hoc ē in m̄
moriam paſſionis mee. Paſſio autē
⁊ mors chriſti melius repreſentatur
per effuſioneꝫ ſanguinis: ꝙꝫ per tra
ditionem corporis. Ideo dicitur in
forma conſecrationis ſanguinis: q̄
pro vobis et pro multis effūdetur.
et non dicitur in forma conſecratio
nis corporis: quod pro vobis ⁊ pro
multis tradetur. Notandum etiam
ꝙ licet ex virtute verborum forme
conſecrationis corpꝭis ſub ſpecie pāiſ
ſit tm̄ corpus chriſti. ⁊ virtute ver
boꝛuꝫ forme conſecrationis ſanguiſ
ſub ſpecie vini ſit tm̄ ſanguis chriſti
tm̄ ex q̄dā naturali cōcomitantia ſub
vtraqꝫ ſpecie eſt totus chriſtus verꝰ
deus et verus homo. Ita dicitur i
proſa de corpore chriſti. vbi dicitur
ſic. Caro cibus ſanguis potus ma
net tamē chriſtus totus ſub vtraqꝫ
ſpecie.

### De loco vbi dꝫ celebrari miſſa. c. v

TEſtat̃ omniuꝫ philo
ſophorum ſententi
a: ꝙ mirabilis ē in
fluentia loci proprij
⁊ īuera mirabilis ē
In tantuꝫ eſt eniꝫ
mirabilis: ꝙ rem mutat ⁊ alterat a

(c) 2006 Ministerio de Cultura

a ſua natura. Sicut narrat Ariſto
teles in libro de plantis de pomis ꝑ
ſicis dictis a Perſia: vbi primitus
inuenta fuerunt. nam illa que naſ
cuntur illic comeſta interficiunt. ea
autē que naſcuntur apud nos. ſunt
ad comedendum ſuauia: et iocunda
Ex quo patet manifeſte quantum
facit locus ad mutationē rei. Et ꝓ
pter hoc fuit preceptum filijs iſrael
in libro numerorum ne offerrent ſa
crificium niſi in loco quem dominus
elegiſſet Si ergo ſacrificium iſraeli
ticum quod de carnibus hircorū ⁊ vi
tulorum et agnorum fiebat non de
bebat offerri niſi in loco ſancto : ⁊
mundo. quantomagis ſacrificiū ca
tholicum in quo chriſtus verus deꝰ
⁊ verus homo offertur; non debet
offerri niſi in loco mundo et ſancto
Unde locus in quo miſſa regulari
ter debet celebrari eſt eccleſia. Et
ita dicit Auguſtinus extra eccleſiaꝫ
non eſt locus veri ſacrificij. Et dico
ꝛgulariter: quia in aliquibus caſibꝰ
poteſt miſſa extra eccleſiam celebra
ri. Notandum auteꝫ ꝙ quo ad nūc
eccleſia poteſt accipi duobus modis
quia vno modo eccleſia ideꝫ ē qꝺ cō
gregatio fidelium. qui congregātur
fide et caritate. Et ita accipit Au
guſtinus eccleſiaꝫ: quando dicit ex
tra eccleſiam. i. extra fidem eccleſie
non eſt locus veri ſacrificij Alio mo
do eccleſia ideꝫ eſt quod iſta domus
materialis. in qua dicuntur hore ⁊
miſſe. Et extra eccleſiam ſic dictam
poteſt ī aliq̄bus caſibꝰ miſſa celebra
ri. ſicut in honeſto exercitu vel quā
do ad aliquam feſtiuitatem vel ad d̄
uotionem alicuiꝰ ſancti vel feſti vel
ad obſequium alicuiꝰ defuncti. vel
propter aliquam miſſam nouam vel
aliquid aliud tale vbi conuenit mul
titudo magna populi: et eccleſia eſt
parua. ita ꝙ non poteſt ibi recipi to
tus populus. tunc poteſt in cimite
rio vel in aliqua platea munda ⁊ ho
neſta erigi altare et celebrari miſſa.
⁊ debet ita decenter aptari: ne pul
uis vel flatus venti; vel aliud tale
poſſet ibi aliquod offendiculū īfferre
De licentia etiaꝫ dioceſani poteſt ꝓ
pter aliquam neceſſitatem miſſa cele
brari in domo alicuius in aliqua ca
mera apta ad hoc. ita tamen ꝙ ſem
per celebretur ſuper altare portatile
ideſt ſuper aliquaꝫ tabulam lapideā
alicui ſtipiti annexam beñdictam ab
epiſcopo. Et iſta tabula debet eſſe
ītegra. quia ſi eſſet fracta: non de
bet ibi celebrari miſſa. Nec etiam ſi
eſſet a ſtipite remota. imo peccaret
qui ibi celebraret. Iſta etiam tabu
la debet eſſe lapidea. et nō de aliqua
alia materia. et ratio huius eſt iſta:
quia pius chriſtus qui īmolatur ibi
vocatur petra. Unde dicit apoſtolꝰ
Petra autem erat chriſtus. Alia
cauſa eſt quia ſepulcrum chriſti: qꝺ
repreſentat altare: fuit exſciſſum ex
petra. vt dicunt euāgelia. Et ꝓpē
eandem rōneꝫ corporalia debent eē
linea ⁊ nō de aliqua alia materia. qꝛ
chriſtus in monumento fuit inuolu
tus in ſindone munda ideſt in lino
candidiſſimo. ⁊ corpalia ſignificāt
illa linteamina: quibus chriſtꝰ mor
tuus fuit inuolutus. Calix vero
non debet eſſe de vitro. quia de faci
li poſſet frangi. nec d̄ ligno. qꝛ lignū
poroſū eſt ⁊ in poris poſſet ſanguis
ſubintrare. nec de cupro vel aurical
co. quia inducunt faſtidium. ⁊ eſſet
periculū de vomitu. Poteſt aūt fieri
de auro vel argēto vel ſtagno. Sci



(c) 2006 Ministerio de Cultura

endum autē eſt ꝙ quando altare ē
totum benedictum : non oportet ꝙ
ibi ſit tabula talis ſupradicta Notā
dum etiā eſt : ꝙ altare ſiue ſit in ec
cleſia ſiue extra eccleſiā ſemꝑ debet
erigi verſus orientem . ita ꝙ ille qui
dicit miſſam : habeat faciem ad oriē
tem . Et ratio eſt vna : quia chriſtus
vocatur oriēs . Luce primo Viſita
uit nos oriens ex alto . Et d chriſto
cantat eccleſia . Oriens ſplendor lu
cis eterne ⁊c̄ . Alia cauſa eſt : quia
ſcđm ꝙ dicunt philoſophi : ꝑs orienta
lis eſt dextra pars celi . Et ſcđm ꝙ
dicit chriſtus in Matheo Deus ſta
tuet in iudicio bonos a dextris Er
gᵒ in iudicio mereamur poni a dex
tris : debemus orare verſus orientē
Et quia pricipalior omnium orati
onum eſt miſſa : ideo ille qui dicit miſ
ſam debet habere faciem ad orientē
Quod autē eccleſia in qua dicitur
miſſa ſit conſecrata vel non : nihil fa
cit ad miſſam . licet quantum ad ſolē
nitatem miſſe ſemper ſi poſſibile eſſet
deberet dici in eccleſia conſecrata . et
ſic multum honorificum et vtile eſt
eccleſiam eſſe conſecratam . quia qñ
aliquis cauſa oratōnis intrat eccleſi
am conſecratam : remittuntur ſibi
peccata venialia . Sciendum eſt au
tem : ꝙ in naui ſtante i mari nunq̄
debet celebrari miſſa propter pericu
lum effuſionis ſanguinis . In eccle
ſia autem ſanguinis vel ſeminis ef
fuſione polluta non debet miſſa cele
brari . ⁊ ſi aliquis ibi miſſā celebra
ret : peccaret grauiter . nō tamen ex
hoc efficeretur irregularis . ſicut fuit
declaratum per dominum bonifaciū
viij . extra de ſentētia excommunica
tionis et interdicti . Is qui in eccle
ſia . Si etiam eccleſia eſſet predicto
modo polluta : non poſſet in cimite
rio ſibi contiguo celebrari . quia qñ
eccleſia eſt polluta : cimiterium ſibi
contiguū ſimiliter reputatur pollu
tum . non autē ecōuerſo . i . ſi cimite
rium ſit pollutū : ꝙ eccleſia ſibi cō
tigua ſit polluta . cū principale tra
hat ad ſe annexū minus principale
vt dicitur extra de conſecra . eccle .
Vel alta . c . Si eccleſiā . li . vi . vnō
in cimiterio annexo et cōtiguo eccle
ſie pollute nō debet aliquis celebrarē
nec debet aliquis ſepeliri ibi . Secꝰ
eſſet ſi cimiterium non eſſet contigu
um eccleſie . qꝛ poſito ꝙ eccleſia eſſꝫ
polluta : cimiteriū non ſibi contigu
um non eſſet pollutum vt patet . c .
preallegato . Tempore etiam inter
dicti non debet dici alta voce nec ia
nuis apertis miſſa nec etiā alie ho
re in eccleſia . niſi in quatuor feſtiui
tatibus . ſ . in die natalis domini et i
die reſurrectōis et in die pentecoſtes
et in feſto aſſumptionis ſancte marie
virginis . in quibus poteſt dici miſſa
alta voce ianuis aptis et campanis
pulſatis . excōicatis tñ excluſis . ⁊ oi
a alia officia tā nocturna q̄ȝ diurna
cōpletorio ſcđo nihilominus vtrorū
qꝫ feſtoꝝ ſupradictorū excluſo . ſ . ꝙ
dꝫ dici ſubmiſſa voce et ianuis clau
ſis . Ne aūt eccleſie defraudentur ſer
uitijs debitis : et ne diuinū officium
negligatᷣ : et ne fideliū deuotio minu
atur . ⁊ indeuotio īfideliū augeatur
tp̄re cuiꝰcūqꝫ interdc̄i ianuis clauſis
excōicatis ⁊ intdc̄is excluſis cāpanis
etiā nō pulſatis dꝫ dici miſſa et etiā
totū diuinū officiū tam diurnum q̄ȝ
nocturnū ſubmiſſa voce in eccleſia .
ita ꝙ non poſſit audiri ab his q̄ ſunt
extra . Omnia iſta habentur extra
de ſententia excōicatōis ⁊ intdc̄i . c .

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Alma mater li. vi. Et qui contra
rium fecerit eſt irregularis ⁊ inelegi
bilis. nec ipſe etiaꝫ poteſt eligere cõ
feſſorem nec poteſt abſolui niſi in ca
ſu mortis niſi per ſedem apoſtolicã.
vt habetur extra de ſententia excõi
cationis. Js qui in eccleſia li. vi.
Aliquo etiam excommunicato pñſen
te nullus debet celebrare nec in eccle
ſia nec alibi. alioquin peccaret mor
taliter. et vltra hoc eſſet ſuſpenſus
ab ingreſſu eccleſie. nec poſſet abſol
ui niſi ab illo qui intulit ſententiaꝫ
excõmunicatõnis. vt dicitur extra ꝺ
priuilegijs. c. Epiſcopoꝝ li. vi. Et
non contemnatur iſtud. qꝛ ꝙ ſic ſuſ
penſus celebraret: eſſet irregularis
vt habetur expreſſe extra de ſenten
tia excommunicationis. c. Si cui li
bro ſexto

## De tẽpore qͦ debet dici miſſa. c. vi

Vt dicit ſapiẽs Sa
lomon omnia tẽpuſ
habent. ⁊ hoc ratio
nabiliter. Res eniꝫ
penes varietatẽ tẽpo
rum maximam acq̄
runt immutationem. quod euiden
tiſſime apparet in lactuca. que cum
tempore ſue iuuẽtutis frigide ⁊ hu
mide ſit nature feruoriſqꝫ ſanguis
et colere extinctiua: ex quo frondeſ
cit in humorem conuertitur calidũ
et amarum. quod obeſt colericis ac
ſupercalefactis. Ex qua re liquide
apparet: quantum res penes muta
tiones temporum mutentur: et alte
rentur. quod ſatis pulchre fuit figu
ratũ exodo. c. xvi. vbi legitur ꝙ mã
na collectuꝫ tempore debito erat ha
bens omne delectamentum ⁊ omnẽ
ſaporem ſuauitatis. quando autem
colligebatur tempore non debito. ſ.
die ſabbati computrebat et vermib⁹
ſcaturiebat Manna iſtud erat figu
ra corporis chriſti ſicut dicitur ĩ hy
ſtoria corpis chriſti. vbi dꝛ Cui⁹ ſa
cramẽti figura preceſſit quando plu
it deus manna patribus in deſerto.
Sicut eniꝫ manna non debebat col
ligi niſi tẽpore debito: ita iſtud ſãctũ
ſacrificium non debet offerri niſi tẽ
pore debito et ſtatuto Sciendum ẽ
ergo: ꝙ miſſa debet celebrari de die
⁊ non de nocte niſi in feſto natiuita
tis chriſti. quo miſſa celebratur me
dia nocte. qꝛ illa hora fuit nat⁹ chri
ſtus. ꝺ hoc tamen dicetur infra ma
gis. Antiquitus etiam in vigilia re
ſurrectõnis dicebatur miſſa ꝺ nocte
vnde in oratione miſſe dicitꝰ adhuc
Deus qui hanc ſacratiſſimaꝫ noctẽ
⁊c. Ratio quare miſſa de die ⁊ non
de nocte celebratur eſt vna: quia in
miſſa remẽoratur paſſio chriſti ꝙ fuit
facta de die et non de nocte Alia rõ
eſt: quia per noctem ſignificatur ſta
tus peccati. per diem ſtatus gratie.
vt dicit gloſa ſuper illud verbum a
poſtoli ad ro. c. xiij. Abijciamur gͦ
opera tenebrarum. i. peccata. et in
duamur arma lucis. i. virtutes que
ſunt arma gratie Ad ſignificandũ
ergo ꝙ ille qui dicit miſſam debet eẽ
in ſtatu gratie et ſine peccato: dicitꝰ
miſſa de die et non de nocte. Qua
autẽ hora debet dici in die notandũ
eſt: ꝙ tres ſunt hore principales in
quibus debet dici miſſa. ſ. tertia ſex
ta et nona Et q̃re ĩ iſtis trib⁹ horis
magis q̃ȝ in alijs: ratio eſt Vt eniꝫ
frequenter dictum eſt: miſſa dicitur
in memoriã paſſionis chriſti. Chri
ſtus autem in iſtis tribus horis fuit



(c) 2006 Ministerio de Cultura

paſſus et crucifixus . Hora enim
tertia fuit crucifixus linguis iudeo
rum et ſententia pilati . quia hora
tertia clamabant iudei. Crucifige
⁊c. et illa hora Pilatus adiudica
uit fieri petitionem eorum . Hora
ſexta fuit eleuatus in cruce. Unde
dicitur in iohanne erat autem hora
ſexta. et crucifixerunt eum. Hora
autem nona emiſit ſpiritum. Unde
dicitur in matheo .xxvij.c. Et cir
ca horam nonam exclamauit voce
magna. et ſequitur : emiſit ſpiritum
Et iſtud intelligo de miſſa que di
citur ſolenniter in eccleſia. quia miſ
ſe particulares poſſunt dici a pũcto
aurore vſqꝫ ad ſextam. et in diebus
ieiuniorum vſqꝫ ad nonam . Poſt
nonam aũt non debet celebrari miſ
ſa niſi forſitan in diebus ieiunioꝝ
et ratione ordinum. Incidentaliter
autem notandum eſt: ꝙ non ſolum
miſſa verum etiam omnes alie ho
re canonice dicuntur in memoriam
paſſionis chriſti. Matutinum enĩ
officium dicitur in memoriã: ꝙ chri
ſtus hora matutinali captus et vin
ctus fuit et multipliciter deluſus. ⁊
debet dici matutinum officiũ media
nocte iuxta illud pſalmiſte pſalmo.
xxviij . Media nocte ſurgebam ad
confitendum tibi . Prima dicitur
in memoriam . quia illa hora chri
ſtus in domo cayphe ligatus ad co
lumnã fuit grauiſſime flagellatus.
ita ꝙ ſcđm quod predixerat Iſayas
A planta pedis vſqꝫ ad verticem
non erat in eo ſanitas. Tertia dici
tur in memoriam. ꝙ illa hora chri
ſtus fuit ductus ad Pilatum. et fu
it crucifixus linguis iudeorũ clamã
tium et dicentium Tolle tolle cruci
fige eum. Et tunc fuit impletũ illud
pſalmiſte pſalmo xxvi. Aperuerũt
ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens
et rugiens. Sexta dicitur in meo
riam: ꝙ illa hora chriſtus expoliatꝰ
et illuſus a militibus fuit eleuatus
in cruce. Et tunc fuit impletum il
lud pſalmiſte pſalmo .xvi. Foderũt
manus meas : et pedes meos ⁊c .
Nona dicitur in memoriam: ꝙ illa
hora chriſtus felle ⁊ aceto potatus
expirauit dicens. Pater in manus
tuas commendo ſpiritum meum .
Et tunc fuit impletum illud pſalmi
ſte pſalmo. lxviij. Dederunt in eſcã
meam fel. ⁊ in ſiti mea potauerunt
me aceto. Veſpere dicuntur in me
moriam : ꝙ illa hora chriſtus a Pi
lato datus nobili decurioni Ioſeph
fuit de cruce depoſitus. Completo
rium dicitur in memoriam : ꝙ illa
hora chriſtus a ſua matre triſtiſſima
⁊ alijs ſanctis mulieribus lamẽtatꝰ
et aromatibus conditus fuit et poſi
tus in ſepulcro Et ſic bonũ eſſet et
congruum: ꝙ quelibet iſtarũ ſeptem
horarum diceretur in hora ſua deter
minata. Iuxta illud pſalmiſte. Se
pties in die laudem dixi tibi . Uerum
quia propter reifamiliaris occupati
onem vel propter humanam fragili
tatem ſi nequit iſtud ſeruari : ſeruet
tamen illud : quod ordinatum eſt ex
tra de cele. mi. c. Prebiter. vbi dici
tur ſic Prebiter matutino officio ex
pleto. ſ. media nocte mane penſum
ſue ſeruitutis videlicet primam ter
tiam ſextam nonam veſperãqꝫ pſol
uat Ita tñ ꝙ horis cõpetentibꝰ iux
ta poſſibilitatem a ſe aut a ſcolaribꝰ
compleantur . Deinde peractis ho
ris ⁊ infirmis viſitatis ſi voluerit ex
eat ad opus rurale ieiunus . Et di
cantur omnes iſte hore per modum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quo precipitur extra de ꝯdez cap. Do
lentes. Ubi precipitur: ꝙ diuinum
officium tam diurnum ꝙ̃ nocturnū
dicatur ſtudioſe pariter et deuote. ⁊
qui ſcienter tranſgreditur iſtud mā
datuȝ: ſciat ſe mortalr̄ peccare. vt
pote ꝙ tra̅ſgreſſor eſt precepti eccle
ſie. Notandum autem ꝙ non debȝ
dicere miſſam quouſqȝ dixerit matu
tinum. Congruum etiam eſt. ꝙ pri
ma dicatur ante miſſam Alie etiam
hore preter veſperas ⁊ completoriū
poſſunt dici ante miſſaȝ ſi voluerint

## Quotiēs in die dȝ dici miſſa: c. vij.

EX quo dictum eſt
ꝙ miſſa debet dici
ð die. reſtat dicenð
quotiens in die de
bet dici miſſa Et ē
ſciendū ꝙ ſcd̄m qð
dicitur extra de celebratione miſſaꝝ
cap̄ Cōſuluiſti. nullus debet dicere
miſſaȝ niſi ſemel in die Ualde eniȝ
felix eſt qui celebrat digne vnā. Ex
cipitur dies natiuitatis domini. qua
die celebrantur tres. ita ꝙ vnus ſa
cerdos poteſt celebrare illa die tres
miſſas. vt dicitur de conſecratione
di. i. c. Quia nocte ſancta. Et ra
tio quare illa die dicuntur tres miſ
ſe: eſt vna propter miſteriumꝰ. quo
niam per iſtas tres miſſas repreſen
tantur tres ſtatus. ſ. ſtatus ante le
gem. ſtatus ſub lege et ſtatus grati
e. Illa miſſa que cantatur in medi
a nocte: repreſentat ſtatum qui fuit
ante legem. quando totus mundus
erat in tenebris. vnde in illa miſſa
cantatr̄ illa prophetia Iſaye prophe
te. Populus gentium qui ambula
bat in tenebris: vidit lucem magnā
Secunda miſſa que dicitur in auro
ra: ſignificat ſtatum qui fuit ſub le
ge in quo ſtatu inceperunt ſcire chri
ſtum propter dicta legis et prophe
tarum. ſed non habebant perfectaȝ
noticiam de eo. et ideo cantatur in
aurora qn̄o incipit apparere lux diei
ſed non bene clare. vnde in illa miſ
ſa cantatur. Lux fulgebit hodie.
Tertia miſſa dicitur de claro die. ⁊
ſignificat ſtatuȝ gratie. in quo ſumꝰ
⁊ dicitur officium Puer natus ē no
bis. Alia cauſa eſt ad repreſentādū
tres natiuitates chriſti. Nam p̄ma
dicitur ad repreſentandum natiuita
tem eternam. qua naſcitur ex deo
patre. vnde dicitur in introitu illius
miſſe Dominus dixit ad me filiꝰ me
us es tu ego hodie genui te. Et di
citur illa miſſa de nocte quando tem
pus eſt obſcurum ad deſignandū ꝙ
illa natiuitas eſt nobis obſcura ⁊ oc
culta. Secunda dicitur ad deſignā
dum natiuitateȝ ſpiritualem. qua ð
us naſcitur in animabus iuſtoruȝ ꝑ
gratiam. vnde cantatur ī illa miſſa
Lux fulgebit hodie ſuꝑ nos. lux. ſ.
gratie dei. Tertia repreſentat nati
uitatem temporalem. qua chriſtus
eſt natus ex Marie virgine pro ſa
lute noſtra. vnde cantatur: puer na
tus eſt nobis ⁊c̄. Ueruntamen ſi
conſideremus euangelia: que dicun
tur ī miſſis iſtis: prima miſſa repre
ſentat natiuitatem temporalē. qua
Chriſtus natus eſt ſcd̄m carnem ex
maria virgine. vnde illud euangeli
uȝ quod cantatur in illa miſſa. ſ. E
xijt edictum: totum loquitur de iſta
natiuitate. vt patet intuenti Secū
da repreſentat natiuitatem ſpūaleȝ.
tunc eniȝ legitur euangeliuȝ: paſto
res loquebantur adinuicem. Terti
a repreſentat natiuitatem eternaȝ.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

qua naſcitur ex patre. vnde tunc di
citur illud euangeliuȝ In principio
erat verbum. Quod totum loquit̃
de natiuitate ſempiterna veri filij dĩ
Notandum eſt etiã ꝙ in die ſancto
paraſceues non dȝ dici miſſa Et rõ
eſt quia iſtud ſanctum ſacramentuȝ
eſt figura ⁊ repreſentatio ſanctiſſim̃
paſſionis chriſti: que tali die fuit fa
cta Et eueniente veritate debet ceſ
ſare figura Alijs autem diebus nõ
debet dicere ſacerdos niſi vnam miſ
ſam: excepto tñ in caſu vel in cauſa
neceſſitatis: in quibus poteſt celebra
re duas tantum Et vnus de caſib⁹
eſt talis: ꝙ ſi aliquis moriatur in ꝑ
rochia ſua. et volunt eum ſepelire.
et ſacerdos requiritur: vt dicat miſ
ſam de defunctis pro eo et ſacerdos
celebrauerit miſſam que contingit ĩ
illo die: tunc poteſt cebrare aliã miſ
ſam de defunctis. ſ. de requiem pro
illo defuncto. dummodo tamen ſit
ieiunus et in omibus alijs diſpoſit⁹
et non ſit alius ſacerdos paratus.
Alius caſus eſt: ſi ſit aliquis in pe
riculo mortis. et petat corpus chri
ſti ſibi dari. et ſacerdos non habet
hoſtiam conſecratam: poteſt iterum
celebrare: dummodo vt dixi ſit ieiu
nus ⁊ nõ ſit alius paratus celebrar̃
quia iſtud ſemper eſt intelligendum
Alius caſus eſt propter neceſſitateȝ
nuptiarum quãdo. ſ. tranſit temp⁹
nuptiarum. et dicta miſſa ſuperueni
unt aliqui: qui habent contrahere
matrimoniuȝ: poteſt ſacerdos iteruȝ
celebrare: dummodo ſit ieiunus vt
ſupra Alius caſus eſt propter neceſ
ſitatem peregrinorum: quando. ſ.
dicta miſſa ſuperueniũt peregrini.
Et iſtuȝ caſum ponit Raymundus
in ſuma ſua. ſed ſalua eius reueren
tia iſtõ videt̃ expͣſſe eẽ cõtra illud ca
pitulum extra de celebratione miſſa
rum Te referente. Caſus enim il
lius capituli eſt: ꝙ Archiepiſcopus
ſipontinus in die cene domini de ã
tiqua conſuetudine tenetur confice
re chriſma in eccleſia ſipontina Et
idem Archiepiſcopus eodem die aſ
cendit de mane de conſuetudine ad
gargitanam eccleſiam: vt recipiat
ibi peregrinos ipſius loci. ⁊ ibi a cle
ro et populo celebrare compellitur.
Unde ſup hoc implorauit conſiliuȝ
Pape. ⁊ Papa reſpondet: ꝙ in ec
cleſia ſipontina ĩ qua tenet̃ chriſma
conficere tammodo debet celebrare
Ex quo manifeſte apparet: ꝙ rõne
peregrinoruȝ non debet tranſgredi
conſtitutio de vnica miſſa celebrãda
in die. Ante ſaluo meliori iudicio
magis approbo conſuetudineȝ q̃ ſer
uatur in aliquibus eccleſijs gallica
nis. quando. ſ. veniunt peregrini
dicta miſſa ad aliquam eccleſiam: ſi
non ſit ibi ſacerdos paratus dicere
miſſam: induit ſe ſacerdos ſicut ſi d
beret dicere miſſam et dicit eis offici
um de beata virgine Maria vel de
ſpiritu ſancto vel trinitate vel de il
lo ſancto pro quo ſit peregrinatio.
non tamen dicit canonem nec conſe
crat. Et oſtendit eis reliquias loco
eleuationis corporis chriſti Et iſta
miſſa vocatur miſſa ſicca. Tamen
ſi alibi ſeruatur conſuetudo alia iux
ta opinionem Raymundi: non con
demno eam. Alius caſus eſt propt̃
neceſſitateȝ honeſtatis vel vtilitatis
vt ſi dicta miſſa veniat aliqua magna
perſona. que velit miſſaȝ audire: po
teſt ſacerdos iterum celebrare. dum
modo ſit vt dixi ſupra Iſtud capitu
luȝ ponit gloſa de celebratione mi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuper. c. Conſuluiſti. Et de iſta ne
ceſſitate neſcio quid dicaꝫ. quia non
video hic tantam neceſſitatem: ꝙ ꝓ
pter eam debeat tranſgredi mādatū
de vnica miſſa celebranda in die. p̄
ſertim cum magne perſone tempori
bus noſtris non multū afficiant ita
ad miſſas. et illi qui afficiuntur du
cunt ſecum ſacerdotes proprios.
Alius caſus eſt propter neceſſitateꝫ
debiti. ſicut quando ſunt due eccleſi
e annexe. ⁊ quelibet eſt curata. i. hēt
curam animarum: et habent reddi
tus ita tenues ꝙ non ſufficerent du
obus ſacerdotibus. ſed ſolus ſacer
dos habet curam vtriuſqꝫ in iſto ca
ſu ſacerdos poteſt in vna die in qua
libet celebrare in illis diebus in qui
bus tenetur populo ſuo ad dicendū
miſſaꝫ et ad miniſtrandum ſacramē
ta vel alia officia que requirūt miſ
ſam. Et iſte caſus in multis locis
cōtingit ⁊ ſeruatur in partibus tho
loſanis. Et credo ꝙ in iure non in
uenitur preceptuꝫ expreſſum de vni
ca miſſa tantum celebrāda: cū in oī
bus capitulis in quibus fit mentio
de iſta materia ponatur iſtud verbū
ſufficit qd̄ non importat vim coactiuaꝫ
Conſuetudo tamen eccleſie romāe
que preeminet cuicūqꝫ autoritati:
habet et tenet hoc. et nullus debet
facere contra eam. ⁊ ſi faciat peccat
⁊ puniri debet In quocunqꝫ auteꝫ
caſu ſacerdos celebret plures miſſaſ
in prima nō dꝫ ſumere aliqd neqꝫ vi
nū neqꝫ aq̄ꝫ neqꝫ aliqd aliō pꝰ ſūpti
onem ſanguinis. ſed ſoluꝫ debet la
uare os et cauere ſibi quantuꝫ pote
rit: ne aliqd trāſglutiat. quia ſacrā
a ieiuno ſunt recipienda. et in qua
libet miſſa corpus chriſti recipiat ⁊
ſanguinem. ⁊ in vltima recipiat ab
lutionem. que communiter ſumi
tur poſt ſumptōem ſanguinis chri
ſti et non in alijs vt dixi. Habent
iſta extra de cele. mi. Ex parte. ⁊ d̄
cōſe. di. v. vt ieiūij. ⁊. vij. q. i. Ni
hil

De veſtibus quibus induitur
ſacerdos in miſſa .c. viij.

Omni tempore vē
ſtimēta tua ſint cā
dida. Verbū ē ſa
piētis. Quātū fa
ciat dbitꝰ vſus ve
ſtimentoruꝫ ad dbi
tam adminiſtrationem officij: quod
quis exercet: ſatis oſtendit experiē
tia medicorū. Compertum eſt eni
ꝙ colliriuꝫ quod ſalubriter dolorē o
culorum mitigat: tritum ab apote
cario induto veſte qua die preceden
ti indutus triuerat viride eris imiſ
ſum oculis patientis: cruciabitur.
Si ergo veſtis indebita nocet in cō
fectione collirij: quantomagis noceꝫ
in conſecratōne corporis chriſti. vn
de figuratiue fuit preceptuꝫ legiſla
tori Moyſi in exodo Iſto modo fa
cies veſtes ſanctas Aaron in quibꝰ
ſanctificatus miniſtret mihi Vnde
ſciendum eſt: ꝙ omnes veſtes quaſ
induit ſacerdos in miſſa: debent eē
ſanctificate. i. benedicte ab Epiſco
po. Notandum autem ꝙ illa veſtis
que primo induitur ſcilicꝫ illa cami
ſia parua vel ſuperpellicium non ē
de eſſentia miſſe in ſimplici ſacerdo
te. quod dico propter Epiſcopos ⁊
canonicos regulares. quorum talis
veſtis ē hitꝰ Sciēdū gͦ ꝙ cōputata
illa camiſia de qua dcm̄ eſt vel loco
eius computato ſuperpellicio ſepteꝫ
ſunt veſtes qbꝰ īduit ſacdos in miſſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcilicet illa camiſia vel loco eius ſup
pellicium. amictum. alba cingulum
manipulus. ſtola. caſula. Et iſte ſe
ptem veſtes denotant ſeptē dona ſpi
ritus ſancti. quibus dꝫ eſſe ſacerdoſ
perfuſus. Unde in actuum apoſto
lorū Primo induimini virtute ſpi
ritus ſancti ex alto. Uel ſignificāt
ꝙ debet eſſe contra ſeptē pc̄ca mor
talia munitus et armatus. Unde a
poſtolus. Induite vos armatura
dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidi
as diaboli. Uel ſignificāt ſeptē vir
tutes. ſ. tres theologicas ⁊ quatuor
cardinales quibꝰ debet eſſe ſacerdos
ornatus. Unde apoſtolus induamꝛ
arma lucis. glo. i. arma virtutum.
quia non eſt licitum indutū ſaco. i.
peccato aulam regis. i. chriſti qui ē
rex regum intrare. vt dicitur in libᵒ
Heſter. Uel ſignificāt ꝙ ſacerdos
debet eſſe ſeptē operibus miſericor
die deditus Unde apoſtolus Indui
mini dominum ieſum chriſtum cuiꝰ
miſericordie nō eſt numerus. vt di
citur in pſalmo. Uel ſignificant ꝙ
ſeptem petitiones orationis domini
exaudiuntur in miſſa. in ſignum cu
ius legitur in libro Heſter: ꝙ He
ſter induta veſtibus regijs fuit exau
dita a Rege Aſſuero. Uel ſignifi
cant: ꝙ ſacerdos digne celebrās cū
iſtis ſeptem veſtibus habebit ſeptem
dotes in paradiſo. iiij. ex parte cor
poris. et. iij. ex parte anime. in cuiꝰ
figura legitur in geñ. ꝙ iacob indu
tus veſtibus Eſau valde bonis ha
buit benedictionē patris. Uel ſigni
ficāt: ꝙ pius ieſus toto tempore qᵒ
mundꝰ durabit. qd̄ tempus. vij. die
bus reuoluitur erit nobiſcū preſens
in iſto ſacramento. Et ita promiſit
ipſe qui non mentitur dicens. Ecce
ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad conſuma
tionem ſeculi. Et vt ſpecialius de
vnaquaqꝫ veſte dicat̄. ſciēdum ē ꝙ
illa camiſia vel ſuppelliciū ſignificat
ꝙ ſacerdos dꝫ hēre mundiciam vite
eſt enī illa camiſia de linō albo ⁊ mū
do ⁊ ꝓpt̄ hᵒ dic̄ ſacerdos Lauabo i
ter innocentes maꝰ meas ⁊ c̄. Ami
ctū qd̄ ponitur ſuper caput ſignifi
cat eleuationē mētis ad deū: quā ſa
cerdos dꝫ hēre p̄ alijs maxīe qñ dic̄
miſſam. Unde dicit ipſe ſurſum cor
da. i. corda ſint eleuata ad dñm ſur
ſū. Alba q̄ eſt longa ſignificat pſe
uerantiā in bonū quā dꝫ hēre ſacer
dos. qꝛ q̇ pſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſaluꝰ erit. Cingulū qd̄ ꝓhibꝫ ve
ſtes ne fluant ſup terrā ſignificat ti
morē dei q̇ ꝓhibet ne anima fluat
per peccatū. qꝛ vt dic̄ ſapiēs. Qui
timēt dñm p̄parabūt corda ſua. ⁊ i
cōſpectu illiꝰ ſcīficabūt aīas ſuas.
Manipulꝰ ſignificat fructum bono
rum operū. quē boni ſacerdotes re
portabūt in paradiſo. Unde de eis
dic̄ pſalmiſta Uenientes aūt veniēt
cū exultatōe portātes manipulos ſu
os Stola ſignificat mortificatōem
carnis Unde ponit̄ in modū crucis
ad deſignandum ꝙ ſacerdos debet
portare crucem penitentie in corpoꝛ̄
ſuo. Et ita dicit Apoſtolus Morti
ficationem chriſti ieſu in corpore ve
ſtro circūferentes. Caſula que coo
perit oēs alias veſtes et preeminet
omnibus alijs ſignificat caritatem
que preeminet omnibus alijs virtu
tibus. ⁊ que cooperit multitudinē
peccatorum. In caritate ergo fun
dati et radicati iuſte viuamus. vt
dicit Apoſtolus Multe alie adapta
tiones poſſent adduci: ſed iſte quo
ad nunc ſufficiant.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Cui debet dari eucariſtia .c.x

Quoniaz non eſt bo
num ſumere panez
filiorum et mittere
canibus. et marga
rite non ſunt porciſ
donande: cū in iſto
ſacramento contineatur panis viuꝰ
qui de celo deſcendit: chriſtus. ſ. ve
rus deus ⁊ verus homo: qui eſt illa
precioſa margarita: quam qui inue
nit homo: abſcondit. ⁊ pregaudio il
lius vadit et vendit vniuerſa que ha
bet et emit eaz. Ideo iſtud ſacramē
tū nō eſt dādū cāibus vel porcis .i.
peccatoribus .ſ. crudelibus ⁊ imun
dis. Ad videndum ergo quibus de
bet dari iſtud ſacramentū: ſciendūz
eſt primo de modis mādūcandi iſtō
ſacramentum. Sciendum eſt ergo
ꝙ iſtud ſacramentū poteſt ſumi qua
tuor modis Primo poteſt ſumi cor
poraliter tantum Secundo ſpiritu
aliter tantum. Tertio ſacramentali
ter et corporaliter. Quarto poteſt
ſumi corporaliter ſacramentaliter ⁊
ſpiritualiter Quidam enim ſumūt
iſtud ſacramentū corporaliter tantū
ſicut ſi aliquis infidēlis qui non cre
deret in iſto ſacramento eſſe veraci
ter corpus chriſti: ſumeret hoſtiam
cōſecratā. tunc talis ſumeret corpo
raliter tantum. et conſtat ꝙ non ſu
meret ſpiritualiter: cuz non percipe
ret fructum ſacramenti. nec etiam
reciperet ſacramentaliter .quia ille
recipit ſacramentum iſtud ſacramen
taliter: qui credit in iſto ſacramento
veraciter eſſe corpus chriſti. Iſte vt
dictuz eſt non credit in iſto ſacramē
to veraciter eſſe corpus chriſti. qua
re non recipit iſtud ſacramētū ſacra
mentaliter ſed ſolum corporaliter.
Et idem dico de cane vel de mure
vel de quacunqꝫ alia beſtia comedē
te hoſtiam conſecratam. Quidam
vero recipiunt iſtud ſacramētū ſpū
aliter tantū .ſicut fideles iuſti ⁊ ſci
cum deuotione audientes miſſaz vel
habentes deuotionem ad audiendū
eam: qui licet non communicent:
ſunt tamē participes fructus iſtius
ſacramenti. Et ſic intelligitur ver
bum Auguſtini. Crede et mandu
caſti. crede .ſ. fide formata: ⁊ mādu
caſti. ſ ſpiritualiter. Quidaz come
dūt ſiue ſumūt iſtō ſacrāz ſacramēta
lit ⁊ corpalr̄ ſimul. ſic falſi chriſtiāi
qui ſumūt in peccato mortali. tales
enim corporaliter ſumūt. quia ſup
ponitur: ꝙ recipiunt ſpecies cōſecra
tas. et etiam ſumunt ſacramentalr̄
qꝛ ex quo ſunt Chriſtiani credunt
ſub illis ſpeciebus corpus chriſti ve
raciter contineri Et ſic vtuntur ſa
cramento vt eſt ſacramentum: ſed
nō recipiunt ſpiritualiter. quia nō
recipiunt fructum ſacramenti Qui
dam autem recipiunt ſacramentum
iſtud corporailter ſacramentaliter ⁊
ſpūaliter ſimul. ſicut illi qui cum fi
de et deuotione exiſtentes in carita
te gratie dei: recipiūt iſtud ſacramē
tum. quia ex perceptione eius mul
ta bona recipiūt in preſenti .ſ. gra
tiam et in futuro gloriam. Secun
do videndum eſt quot requiruntur
ad debitā ſuſceptionem iſtius ſacra
menti. Et ſunt tria .ſ. immunitas
a peccato mortali. eleuatio mentis
ad deum et mundicia corporalis.
De primo dictum eſt ſupra in pmo
capitulo et dicetur etiam aliquid in
iſto De ſcdo. ſ. d eleuatōe mētis ad
deum dicit ſacerdos ante inceptionē

(c) 2006 Ministerio de Cultura

canonis. Surſum corda. quaſi di
cat ꝙ volēs ſumere iſtud ſacrm̄ debꝫ
habere cor ſurſum. i. eleuatum ad d̄
um. De tertio. ſ. de mundicia cor
porali videmus: ꝙ tractaturi aliqđ
ſacrm̄ manꝰ ſuas lauant. ⁊ ideo cuꝫ
in iſto ſacramēto tractet̄ ille q̇ ē ſcūſ
ſanctorū: requiritur in ſumente mū
dicia corporalis. Notādum etiā ꝙ
imunitas a peccato mortali de neceſ
ſitate requiritur ad debitaꝫ ſuſcepti
onem iſtius ſacramenti. Alia auteꝫ
duo requiruntur de magna congru
itate. Et ideo cum aliqua imūdicia
corpalis hēat aliqñ ſecū ānexā cul
pam mortaleꝫ ⁊ ebetudieꝫ mētis. ſ.
pollutō. que accidit in ſomnis. vidē
dum eſt ergo de ipa pollutōne quoꝰ
impedit ſuſceptioneꝫ iſtius ſacramē
ti. Sciendū gº ꝙ pollutio que acci
dit in ſomnis non eſt peccatū de ſe.
ſed poteſt eſſe effectus pc̄cati morta
lis vel venialis vel nullius peccati
ſcđm ꝙ cauſa eiꝰ poteſt eſſe peccatuꝫ
mortale vel veniale vel nullū. Sē
per ergo recurrendum ē ad cauſam
vnde prouenit iſta pollutio. Quia
aut ex cogitatōe p̄terita vel ex tētatō
ne diabolica vel ex ebrietate ⁊ crapu
la vel ex infirmitate vel alleuiatōne
natẽ. Primis duobꝰ modis nō pōt
eē ſine pcc̄o mortali vel vēiali. Nā
ſi cogitatio deliberata ⁊ cū conſenſu
p̄ceſſit. vel ebrietas vel crapula fuit
deliberata vel conſuetudinaria: fuit
peccatū mortale. Et ideo talis pol
lutio impedit de neceſſitate ſuſceptō
nem iſtiꝰ ſacramenti. Si autem co
gitatio non fuit cuꝫ conſenſu delibe
rato. vel ebrietas non fuit delibera
ta nec conſuetudinaria: fuit peccatū
veniale. Et ideo talis pollutio non
impedit de neceſſitate ſumptōem iſti

us ſacramenti. ſꝫ de congruitate im
pedit: potiſſimū ſi fuit ex turpi imagi
natione. qꝛ ex tali imaginatione cō
muniter deprimitur mens. Sed
ſi ſit aliqđ quod preponderet. ſicut
deuotio feſtiuitatis. vel ꝙ timeatur
de ſcandalo non debet dimitti ꝑpter
hoc perceptio corporis chriſti. Si
autem prouenerit ex illuſione diabo
lica: nō credo ꝙ debeat dimitti. ma
xime ſi euēiat tempore magne feſti
uitatis vel generalis communionis
Si autem eueniat ex nature infir
mitate vel alleuiatōne: ſi dimittatur
propter reuerētiam ſacramenti: lau
dabile eſt: niſi ſit aliquid quod refor
met peccatum. vt dictum eſt ſupra.
Et illud decretum quod dicit ꝙ ho
mo poſt talem pollutionem debet ſe
vigintiquatuor horis abſtinere: in
telligendum eſt cuꝫ diſtinctione pre
dicta. Viſo ergo quot modis ſumit̄
iſtud ſacramentum et que requirun
tur ad debitam ſuſceptionem eiuſdē
videnduꝫ eſt nunc qui debent iſtud
ſacramentum ſumere. Debet enim
ſumi a ieiunis. vt dicitur. vij. q. iij.
Nihil et de conſecratione. diſtinctio
ne. v. Jeiunij. Notandum vero eſt
ꝙ duplex eſt ieiuniuꝫ. quia quoddā
eſt ieiuniuꝫ nature. et quoddam eſt
ieiunium eccleſie. Jeiunium nature
ſoluitur per ſumptionem cuiuſcūqꝫ
cibi vel potus. Jeiuniū eccleſie ſol
tur per comeſtioneꝫ cuiuſcunqꝫ ſum
pti in modum cibi vna comeſtione
accepta. Quando ergo dicitur ꝙ
ſacrm̄ eucariſtie debet ſumi a ieiunis
itelligit̄ a ieiunis natẽ. qꝛ p̄mo dꝫ i
trare in os chriſtiani iſte ſanctiſſimꝰ
cibus: q̄ꝫ quicunqꝫ alius cibus. ita
ꝙ ille qui ſumit iſtum cibū ſacroſan
ctū: nihil āte ſūpſerit illa die ꝑ mo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum tibi vel potus. Uerum quia
neceſſitas non habet legem. ⁊ infir
mis non eſt lex poſita. infirmi et il
li q̇ ſunt in neceſſitate conſtituti nõ
ſunt obligati ad hoc. quia quacun
qꝫ hora ſiue de die ſiue de nocte: ſi
ue poſt prandiuꝫ ſiue ante poſſunt
ſumere iſtud ſacramentum. ſ. quan
do eis fuerit neceſſe ſumere iſtud ſa
cramentũ Sed ſi aliquis ſacerdos
vel aliq̄s debet communicare. et
de mane lauet ſibi os. ⁊ tranſglutit
aliquid de aqua: nunquid impedit̄
propter hoc a ſuſceptione iſtius ſa
cramenti? Dico ꝙ ante ſuſceptiõeꝫ
iſtius ſacramenti decens eſt: vt q̇li
bet ⁊ ſpũaliter et corporaliter mun
det ſe quantum poterit Et ideo la
uare os ante ſuſceptionem iſtiꝰ ſa
cramenti approbo et laudo. ita tñ
ꝙ caueatur ne aliquid de aqua trãſ
glutiatur ſcienter. Ueruntamen
ſi aliquid tranſglutiatur: ſed non i
magna et notabili quãtitate cũ trãſ
glutiatur cum ſaliua et per modum
ſaliue. non credo ꝙ hoc impediat
ſuſceptioneꝫ iſtius ſacramenti. Sꝫ
ponatur ꝙ aliquis de nocte comede
rit aniſum vel feniculum vel aliq̇d
tale et de reliquiis remanſit aliquid
inter dentes. et cum abluit os trãſ
glutit aliquid de hoc quod remãſit
inter dentes. nunquid impeditur a
ſumptione huius ſacramenti? Di
co ꝙ non ex quo ſcienter non facit
ſed tantũmodo tranſgultit per mo
dum ſaliue. Iſtud etiam ſacramen
tum non debet ſumi niſi ab illo qui
habet vſum rõnis. Unde non debꝫ
dari pueris anteq̄ꝫ perueniant ad ã
nos diſcretionis. ſic̄ h̄etur extra de
peniten. et remiſſi. Omnis vtriuſ
qꝫ ſexꝰ. Quia ante iſtud tẽpꝰ neſci
unt diſcenere inter iſtũ cibuꝫ ⁊ cibũ
corpalẽ. ⁊ ſic nõ exhiberent reueren
tiã tãto ſacramento debitã Eadẽ e
tiã rõe iſtud ſacramentũ nõ ē dãdũ
amẽtibꝰ et furioſis. Diſtinguendũ
eſt tñ de iſtis qꝛ tales aut fuerũt fu
rioſi a natiuitate ita ꝙ nunq̄ꝫ habu
erunt vſum rõis. ⁊ tũc credo ꝙ tali
bus nõ dꝫ dari. qꝛ iſtud ſacramẽtũ
req̇rit actualẽ deuotionẽ in ſuſcipiē
te. ⁊ tales nõ hũerũt. vel nõ poſſũt
hẽre eã. Aut tales aliquotiens hũe
runt vſum rõnis. ſed amiſerũt vſuꝫ
rõnis. ſed amiſerunt ipm ꝓpt aliq̄ꝫ
cãꝫ. vel habẽt aliq̇ lucida interualla
Si tp̄re gº qº hũerũt vſum rõnis
vel illa lucida interualla. petãt cũ
deuotione iſtud ſacramẽtũ. et velit
ipm reuerẽter recipet. debet eis da
ri. ita tñ ꝙ tp̄re furie nulloº eis de
tur ꝓpt cãm iã dcãm. Freneticis e
tiam nõ dꝫ dari iſtud ſacramentum
maxīe ſi timeat̄ de irreuerentia ad i
ſtud ſacm̄. ſic̄ de ſpuitione vel de a
liquo tali. Loquor de freneticis in
quibꝰ ligatꝰ eſt oĩno vſus rõis De
moniacis etiaꝫ ſi cum reuerẽtia et
deuotione peterent credo ꝙ deberet
dari. cum tales habeãt vſum ratio
nis ⁊ actualeꝫ deuotionem ad ſacra
mentũ. Et credo ꝙ tantam deuoti
oneꝫ poſſent habere ad ſacramentũ
ꝙ virtute iſtius ſacramenti a demo
nio liberarent̄. Leproſis etiaꝫ non
debet dari iſtud ſacramentũ quod i
telligo de leproſis ſic infectis. ꝙ nõ
poſſent corpus dominicũ ſic tracta
re. qn reiicerent ipꝫ. ſicut ſunt mul
ti quibus ceciderunt labia ⁊ dentes
et ſunt toti corroſi vſqꝫ ad gutur.
Sicut legitur dͤ quodam monacho
ciſterienſi in vita ſci Ludouici quon
dã regis Francie. cui quando pone

(c) 2006 Ministerio de Cultura

batur bolus in ore: cadebat ſibi bo
lus de ore. Et tali ſic leproſo nō d̄
bet dari ſacramentum corporis chri
ſti Alijs autem leproſis poteſt bene
dari. Sed ſacerdos leproſus non
debet in preſentia populi celebrare.
ſed ſi ad partem vel in ſecreto vellet
poſſet celebrarē. Et ita intelligo illa
clauſula. extra de clerico egrotante.
De rectoribus et tua nos. Hugu
cio etiam dicit: ꝙ ſacerdos leproſus
poſſet celebrare alijs leproſis Dam
natis etiam ad mortem pro crimini
bus ſuis niſi de gratia ſpeciali nō d̄
bet dari corpꝰ chriſti. ſicut illis qui
ſuſpēdunt vel comburuntur vel ſub
mergūtur vel decollantur. vel quo
modolibet aliter interficiātur. de qͦ
habetur in clementina de penitenti
is et remiſſionibus. Illis autem q̄
pro crimine hereſis cōburuntur: ſi
cum deuotione ⁊ humilitate et reue
rentia petāt illud: debet dari eis cor
pus chriſti. ſicut habetur extra de
hereticis. cap. Super eo libro. vi.
Sed nūquid exiſtenti in pcc̄o mor
tali dandum eſt corpus chriſti? Di
cendum eſt ꝙ peccatum aut eſt noto
rium aut occultum Si ſit notoriū
puta notorius vſurarius vel notori
us concubinarius. vel aliter noto
rius peccator. et tali niſi deſiſtat. et
ſcd̄m ſtatuta eccleſie cōdigne pēiteat
non eſt ei dandum corpus chriſti:
quantuncūqꝫ peniteat. imo eſt ſibi
dicendum. Amice non eſt bonum
ſumere panē filiorum et mittere ca
nibus Si autē peccatum eſt occul
tū: aut iſte petit corpus chriſti tem
pore quo tenētur communicare puta
tempore generalis communionis.
vel quia ē infirmꝰ. et ſic de alijs ca

ſibus. in quibus tenetur quilibet cō
municare. aut petit alio tēpore. Si
petat alio tempore quantūcunqꝫ pe
tat in publico. non tenetur ſacerdos
dare ipꝫ ei. ſed debet dicere ei. Ami
non eſt tempus modo communican
di. et ideo non darē tibi corpꝰ chri
ſti modo. ſed expecta tempus ſtatu
tū. Si autem petat tempore ſtatu
to. quo tenetur communicare. tunc
aut iſte petit corpus chriſti in publi
co. aut in ſecreto. ſi in ſecreto petit
non eſt ſibi dandum. imo eſt monē
dus. vt non petat in publico ſibi da
ri corpus chriſti. Sed ſi talis ſit ꝑ
tinax ⁊ in ſua malicia petat hoc i pu
blico ſacerdos debet ei dare ipm. qꝛ
non debet eum prodere. nec aliquis
debet ꝓuari iure ſuo quouſqꝫ fuerit
declaratum: ipm amiſiſſe ius illud.
Et ideo cum quilibet parrochianus
habeat ius petendi corpus chriſti a
ſuo curato. et curatus ſit obligatus
ad dandū iſto tempore corpus chri
ſti parrochianis ſuis ideo nullus fi
delis priuetur iſto iure: nec per pecca
tum mortale debet priuari quis iſto
iure: quantūcūqꝫ ſit notorium tale
peccatum mortale commiſiſſe. Et
ideo quātuncunqꝫ ſacerdos curatus
ſciat ſubditum ſuum eſſe in peccato
mortali: niſi peccatum eſſet notori
um: non debet ei denegari corpus
chriſti. ſi tempore ſtatuto et in loco
publico petat ipm ſibi dari. Et ita
legitur feciſſe beatus bernardus. qꝛ
cum quadam die dominica commu
nicaret monachos ſuos: quidā quē
ſciebat beatꝰ Bernardus eſſe in pec
cato mortali cum alijs acceſſit ad cō
munionem. et beatus Bernardus
dedit ei corpus Chriſti dicendo ſub

(c) 2006 Ministerio de Cultura

miſſa voce. Iudicet dominus inter
te et me. quaſi vellet dicere domin⁹
ſcit: ꝙ tu indigne cedis. et ego non
poſſum tibi negare. et ſic ipe iudicet
inter me et te. Et ſtatim ille miſer
ſumpto corpore chriſti cecidit mortu⁹
Et ideo quilibꝫ caueat ſibi ne indi
gne accedat. nō enim noceret ſacer
doti ſed ſibiipſi. Et ideo ſacerdotes
benefacerent: ſi iſtud exemplum et
ſimilia frequenter ſuis ſubditis nun
ciarent. Sed nunquid ſuſpectis de
crimine debet dari iſtud ſacramentū
Dico triplex ſuſpicio eſt Quia q̄dā
ſuſpicio eſt violenta. quedam proba
bilis. quedam leuis. Suſpicio vio
lenta eſt illa contra quā non admit
titur probatio. Sicut ſi aliquis in
ueniretur cum aliqua in lecto ſolus
cum ſola nudus cuꝫ nuda loco et tē
pore ad hoc ſtatutis nec etate nō pē
tela nec aliquo alio obſtātibus: eēt
violenta ſuſpicio vel preſumptio: ꝙ
cognouiſſet eam. ita ꝙ non admitte
retur probatio in contrarium. Pro
babilis vero ſuſpicio eſt illa: que o
rit ex aliquibus ſignis probabilibus
Sicut ſi aliquis inueniretur cum a
liqua frequenter loquens in locis ſu
ſpectis: eſſet probabilis ſuſpicio. ꝙ
aliquid mali agerent. Leuis ſuſpici
o eſt que oritur ex fatua ꝛ inordina
ta ſuſpicione alicuius. Et iſta dicit
leuis. i. fatua ſuſpicio. Sicut ſi vi
derem aliquem bonum virum aliq̄ꝫ
bonam iuuenculam ſiue mulierē ſa
lutantem vel ſibi arridentem non i
loco vel in tempore ſuſpectis. fatuū
eſſet inde preſumere. ꝙ male agant
Et de tali dicit ſalomon. Qui cito
credit. leuis eſt corde. Quando er
go queritur vtrum ſuſpectis d aliq⁹
crimine debeat dari corpus chriſti.
Dico ꝙ ſi de aliquo habeatur ſuſpi
cio violenta de aliquo crimine noto
rio. ꝙ tali debet denegari corp⁹ chri
ſti. Verbi gratia habetur ſuſpicio
violēta. ꝙ ſit notorie hereticus vel
vſurarius vel concubinarius. ꝛ ſic
de aliis. dico anteq̄ꝫ detur ei corpus
chriſti. debet ſe purgare de hui⁹mo
di crimine. vt habetur extra de pur
ga. c. ij. Si autem habeatur de eo
ſolummodo ſuſpicio probabilis. nō
debet ei d̄negari corpus chriſti. quo
uſqꝫ eſſet probatum contra ipm licꝫ
ſi notorie haberetur talis ſuſpicio cō
tra eum: eſſet monendus ꝙ purga
ret ſe anteq̄ꝫ accederet ad communi
candū. et ſi abſtineret: benefaceret
Si autē perſeueranter inſtaret. ꝛ
negaret crimen de quo probabiliter
preſumeretur contra eum: non cre
do ꝙ ante probationem eſſet priuan
dus iure: q̄d habet in petendo ꝛ ac
cipiendo corpus chriſti preſertim cū
res ſua agatur. ꝛ ſi idigne accipiat
nocet ſibi et nō aliis. Tamen credo
ꝙ ſacerdos poteſt: et debet dicere ei
ad terrorem aliqua verba commina
toria. dicendo ſi digne accipis profi
ciet tibi ad ſalutem corporis et aīe.
ſi indigne iudicet dominus inter m̄
et te. Si autem leuis ſuſpicio ha
beatur contra aliquē de quocunqꝫ
crimine: propter talem ſuſpicionem
cum ſit leuis et fatua: in nullo debꝫ
agi contra eum in ſpeciali In gene
rali tamen eſſet bonum: ſi ſacerdos
diceret aliqua verba oſtendendo vel
dicendo periculum vel ſalutem. que
imminent in ſuſceptione talis ſacra
menti. Nullus enim debet preſumi
eſſe malus. niſi conſtet procerto. qꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

multi multa loquuntur. Sed quili
bet debet ſe purgare ⁊ quo ad deuꝫ
⁊ quo ad proximuꝫ: anteqꝫ accedat
ad iſtud ſacramentum. Sed nunq̄d
excommunicatis debet dari iſtud ſa
cramentum? Dico ꝙ non. quia qꝫ
diu ſunt excommunicati: ſunt diuiſi
a perceptione ſacramentoruꝫ ⁊ a cõ
munione fidelium. Sed quid ſi ali
quis excõmunicatus eſt in periculo
mortis. ⁊ petit corpꝰ chriſti ſibi da
ri Dico ꝙ aut iſte eſt excommunica
tus a canone ſiue iure: aut a iudice
Si ſit excommunicatus a canone ſi
ue a iure: ſacerdos debet eum abſol
uere: ſi ipſe petat humiliter abſoluti
oneꝫ. quia in periculo mortis ſacer
dos ſimplex poteſt abſoluere a qua
cunqꝫ ſententia excommunicationiſ
lata a canone. etiaꝫ ſi abſolutio eẽt
ſedi apoſtolice reſeruata. Debet ta
men in quocunqꝫ caſu abſoluat̃: ab
ſolui ſub iſta forma. ꝙ ſi dominus
preſtet ſibi vitam: ꝙ ſtatim ⁊ tamci
to qꝫ poterit: vadat ad illuꝫ: qui ab
ſoluere poteſt eum mandatum illiuſ
ſuper illis pro quibus fuerat excom
municatus humiliter recepturus. ⁊
ſi non faciat: ſtatiꝫ relabitur in eand̃
ſententiam excommunicationis. vt
habetur de ſententia excommunica
tionis. c. Cos. li. vi. Si auteꝫ ſit
a iudice aut eſt excommunicatus ꝓ
cõtumacia tm̃. aut pro delicto ſiue
debito vel pro quocunqꝫ alio tali.
⁊ tũc debet abſolui: ſi petit humilit̃
abſolutionẽ. ita tamẽ ꝙ det pignus
vel cautionem idoneam. ꝙ parebit
⁊ obediet mandatis eccleſie. ⁊ ſatiſfa
ciet paſſis iniuriam. Et ſi nequit da
re pignora vel cautioneꝫ: iuret ꝙ ſa
tiſfaciet qꝫcito habuerit oportũitateꝫ
Sed ſi aliquis exiſtens in peccato
mortali vel excommunicatus exiſtẽſ
i periculo mortis mittit pro ſacerdo
te vt confeſſiõem eius audiat: ⁊ det
ſibi corpus chriſti. ⁊ ãteqꝫ ſacerdos
veniat ad eum amittit loquelaꝫ. nũ
quid debet ſibi dare corpus chriſti?
Dico ꝙ ſi intelligit aliquid monen
dus eſt. ⁊ ſi non poteſt loqui. ⁊ oſtẽ
dat aliqua ſigna contritionis. ſicut
ꝙ coniunctas manus eleuet ad deũ
⁊ percutiat pectꝰ ⁊ ꝑ aliqua ſigna o
ſtendat ſe petere abſolutionem a pec
catis ſuis ⁊ a ſententia excommuni
cationis. tunc parentes ⁊ amici eiuſ
debent loco ⁊ vice eius promittere ⁊
fideiubere: vel dare pignus ſi poſ
ſunt. ꝙ ſi dominus preſtet ſibi vitã
preſentabit ſe conſpectui eius: qui
eum abſoluere mandatuꝫ eius humi
liter recepturus. ⁊ ſic debet obſolui
et communicari. Si autem nihil
intelligat. et conſtet et probari poſſꝫ
ꝙ ſigna contritionis et penitentie ꝓ
ceſſerunt: debet abſolui et commu
nicari. receptis tamen primo cautio
nibus vel pignoribus vel iuramento
a parentibus vel ab amicis per mo
dum qui dictus eſt ſupra

## De ritu miſſe .c.x.

Quoniam honeſte ⁊
ſcdm ordinem fiant
Verbum eſt apoſto
li informantis et in
ſtruentis nos quoꝰ
ordinate ⁊ honeſte
opera noſtra ⁊ maxime illa. que ad
cultum dei pertinẽt faciamus. inter
que miſſa eſt principalior. Si ergo
i alijs noſtris operibus honeſte ⁊ or
dinate nos habere debemus: multo
magis in miſſa. Dicendum eſt ergo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nunc de ritu miſſe .i. de modo quo
debet dici miſſa. Scienduꝫ ergo ꝙ
ſacerdos armis ſpiritualibus arma
tus.i. ſacris veſtibus de quibus ſu
pra dictum eſt indutus debet proce
dere ad altarē. Et quia vt dicit ſa
lomō. Sapiēs in principio ſermo
nis accuſator ē ſuiipſi⁹. Jdeo p̄mo
debꝫ accuſare ſeipꝫ ſacerdos in con
feſſione faciendo confeſſionem gene
ralē. que valet ad remiſſionē pecca
torum venialium: et mortalium ob
litorum Sed de mortalibus de qui
bus recordatur debet anteꝙ̃ induat
ſe. vel anteꝙ̃ accedat ad altare: ſa
cramentaliter confiteri. et facta cō
feſſione procedat ad miſſaꝫ. Notan
dum autēꝫ quare iſtud ſacramentū
vocatur miſſa. Secundum auguſti
num miſſa dicitur: quia dum iſtud
ſacramentuꝫ conficitur: mittitur ce
leſtis miſſus. et ſcdm̄ ꝙ exponit. Jn
nocentius: iſte celeſtis miſſus eſt ma
gni conſilij angelus: et mittitur iſte
ad conſecrandum: et iſte eſt ſacerdos
inuiſibilis. q̇ principaliter conſecrat
et conficit iſtud ſacramētū. vbicūqꝫ
conficiatur. Unde ipſe eſt ſacerdos
et ſacrificium. vt dicitur ab Augu
ſtino. Aliā rationem aſſignat Hu
go de ſancto victore dicens: ꝙ ip̄a
hoſtia poteſt vocari miſſa. quia trāſ
miſſa eſt primum a patre vt eſſet no
biſcum. poſtea a nobis patri. vt ꝑ
nobis intercedat. Sciendum eſt e
tiam: ꝙ miſſa in tribus linguis cele
brat̄. ſ. hebraica greca et latina. nā
alleluya amē oſanna ſabaoth ſumū
tur de hebraica. kyrieleiſon chriſte
leiſon ſumuntur de greca. Reliqua
omnia ſunt latina. Dicit̄ aūt miſſa
in iſtis tribus linguis. quia titulus
Chriſti in cruce pendentis fuit ſcri
ptus hebraice grece et latine. Diui
ditur autē miſſa in quatuor p̄tes. ſ.
in obſecrationes. orationes. poſtu
lationes. ⁊ gratiaruꝫ actiones. Pri
ma pars protenditur a principio vſ
qꝫ ad offertorium. Secunda pars
protenditur ab offertorio vſqꝫ ad fi
neꝫ orationis dominice. ſ. pater nr̄
Tertia pars protenditur vſqꝫ ad cō
municationem. Quarta vero pars
protenditur vſqꝫ ad finem. Prima
pars continet decem vel vndecim ꝑ
tes. Nam primo dicitur introitus.
Et dicitur introitus: quia tunc pri
mo ſacerdos miniſtraturus ad altar̄
debet intrare. Et ſciendum eſt: ꝙ
āntiquitus loco introitus dicebatur
totus vnus pſalmus ⁊ cantabatur
a clero circa gradus altaris et ideo
vocabatur graduale. Sed Hiero
nym⁹ q̇ ex mandato Damaſii Pa
pe eccleſiaſticum officiuꝫ pro maiori
parte preter cantuꝫ inſtituit: ordina
uit introitus diuerſos. ſcd̄m diuerſita
tē feſtorū ⁊ dierum. ⁊ de illo pſalmo
qui loco introitus cantabatur: acce
pit vnum verſum. Et eſt ſciendum
ꝙ in feſtiuis diebus introitus bis cā
tatur ad ſignificanduꝫ ꝙ in chriſto
ſunt due nature. humana videlicet
et diuina Jn ſolennitatibus dicitur
ter: ad deſignandum tria tempora
ſcilicet tempus quod fuit ante legeꝫ
et tempus ſub lege. et tempus gra
tie. Unde duabus primis vicibus
dicitur ſubmiſſe. quia ī primis duo
bus temporibus nō aperte nec clare
loquebantur hoīes de chriſto. Ter
tia autem vice dicitur alte. quia in
tertio tempore in omnem terraꝫ exi
uit ſonus euangelij. Poſt introituꝫ
ſequitur kyrieleiſon. quod idem eſt
qđ domie miſerere. chriſteleiſon idē

d.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt quod chriſte miſerere. ⁊ dicitur
propter patrem et filium ⁊ ſpirituꝫ
ſanctum. Dicitur etiam nouies ꝓ
pter nouem ordines angelorum. q̄
bus virtute miſſe aſſociari petimus
In diebus ſolennibus poſt kyrielei
ſon cantatur hymnus angelicus. ſ.
Gloria in excelſis deo. quem hym
num in natiuitate chriſti angeli can
tauerunt vſqꝫ ibi bone voluntatis.
reliqua omnia. ſ. laudamus te ⁊c̄.
que ſequuntur beatus Hylariꝰ pi
ctauēſis Epiſcopus appoſuit. ⁊ ad
miſſam cantari inſtituit. Et debet
cātari iſte hymnus in feſtis apoſto
lorum martyrum et confeſſorum: ī
quoruꝫ honore dedicata eſt eccleſia
⁊ in feſtiuitatibus beate marie Sꝫ
quando in diebus profeſtis. i. feria
libus cantatur miſſa de ſpiritu ſcō:
vel de beata virgine maria vel d̄ qͦ
cunqꝫ alio ſancto: non debet in ea
hymnus angelicus vel ſimbolum d̄
cantari. licet ī miſſa propria prefatō
decantetur. Et ratio eſt: vt dicit̄ ex
tra de celebratione miſſaruꝫ. c. Cō
ſilium: vt inter commemorationem
et ſolennitatem differentia oſtendat̄
In ſabbato autem quādo cantatur
de beata virgine maria: credo ꝙ de
bet dici: Gloria in excelſis deo: qui
a illa dies ē ſpecialiter dedicata bt̄e
virgini marie propter multa q̄ non
oportet hic dici. Dicto hymno āge
lico ſacerdos cōuerſus ad populum
ſalutat ipm̄ dicendo. Dominus vo
biſcuꝫ. que ſalutatio ſumpta fuit ex
veteri teſtamento. ſ. de libro Ruth
quando dixit booꝫ meſſoribus: dn̄s
vobiſcum. Sciendum eſt tamen ꝙ
Epiſcopus loco de dn̄s vobiſcuꝫ di
cit: pax vobis. quia epiſcopus repre
ſentat perſonā chriſti. q̄ qn̄o ſaluta
bat diſcipulos ſuos: dicebat pax vo
bis. et eſt ſciendū: ꝙ q̄uis in eccle
ſia non ſit niſi vnus: ſemper tamē
ſacerdos debet dicere: dominus vo
biſcum. quia toti eccleſie loquitur:
et reſpondetur ſibi: ⁊ cuꝫ ſpiritu tu
o. Que reſponſio fuit ſumpta ab a
poſtolo in epiſtola ad Titum Poſt
ſalutationeꝫ et reſponſionem ſubiū
git ſacerdos Oremus loquens qua
ſi ſindicus et procurator in perſona
totius populi. Et dicto oremus dic
orationem. Et iſta oratio vocatur
collecta. quia olim Epiſcopus ſiue
ſacerdos populo collecto dicebat iſtā
orationem. ſed quia modo tempori
bus noſtris nos non poſſumꝰ popu
lum ita colligere: dicimus orationē
que genenerali ⁊ antiquo vocabulo
retenta vocatur collecta. Et ſciend̄
eſt: ꝙ iſte orationes debent dici ſub
certo numero. Ita quod dicantur
vna vel tres vel quinqꝫ vel ſeptem
Quādo dicitur vna ſignificat vni
tateꝫ eſſentie que eſt in tribus perſo
nis. quādo dicuntur tres. ſignificat
trinitateꝫ perſonarum. nam prima
ſignificat perſonaꝫ patris. ſecunda
perſonaꝫ filij. tertia perſonam ſpūs
ſancti. Uel dicūtur tres: quia chri
ſtus in paſſione ſua: cuius iſtud ſa
cramentum eſt memoriale: ter legit̄
oraſſe. Primo quando orauit vt
tranſiret ab eo calix paſſionis. Se
cundo quando dixit: pater ignoſce
illis qꝛ neſciunt quid faciunt. Ter
tio quando dixit. Pater in manus
tuas commendo ſpiritum meum.
Quando dicunt̄ quinqꝫ orationes
ſignificant memoriā quīqꝫ vulnerū
chriſti Septem dicuntur ad denotā
dum: ꝙ ſi ſacerdos digne dicat miſ
ſam exauditur pro omnibus ſeptem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

petitionibus que in oratione dñica
continentur . vel ad ſignificandum
ꝙ petit ſeptem dona ſpiritus ſancti
ſibi et alijs : pro quibus dicit miſſaꝫ
virtute miſſe infundi . ⁊ vt dicit ma
giſter Johannes beleti non debent
dici vltra ſeptem. Et eſt ſciendum
ꝙ qñ dr̃ miſſa pro viuis : non de
bet dici aliqua collecta pro defũctis
nec econuerſo . ſ. in miſſa pro defun
ctis non debet dici oratio pro viuis
niſi illa cõis . ſ. Oĩps ſempiꞇ̃ne deꝰ
qui viuorum ſimul dominaris ⁊c̃.
Si autem in miſſa pro viuis in ali
quo caſu dicatur collc̃ta pro mortu
is: illa collecta non debet dici vltia
pro mortuis. ſed penultima vel an
tepenultima . qꝛ finis debet corres
põdere principio Et dictis collectis
reſpondeꞇ̃ amen ad confirmationẽ
Collectis finitis dicitur epiſtola : q̃
dicitur ad populi informationẽ. Et
dicitur epiſtola ab epi: qđ eſt ſupra .
et ſtolon: quod ē miſſio. quaſi ſupra
miſſa. quia epiſtole fuerũt ſupramiſ
ſe euangelijs. Et nota ꝙ nullus de
bet dicere epiſtolam niſi fuerit ſubdi
aconus. vnde melius eſt ꝙ ſacerdos
legat eam: ꝗꝫ puer qui iuuat euꝫ ad
miſſam . Poſt epiſtolam dicitur reſ
ponſorium quod ſic nominatur . qꝛ
verſui ſuo vel epiſtole reſpondere de
bet. Verſus vero dicitur a verten
do. quia illi qui dicunt ipm̃ ſe debẽt
vertere ad orientem . Poſtea diciꞇ̃
alleluya cum verſu ſuo. quod idem
eſt qđ canticum leticie. vnde tempo
re ieiuniorum : quod eſt tempus lu
ctus : non debet dici alleluya. nec e
adem ratione in miſſa pro mortuis.
In magnis feſtiuitatibus poſt alle
luya debet dici ſequentia . i. proſa q̃
etiam eſt canticum leticie. Et ſigni
ficant iſta dño leticiam glorie para
diſi. ad ꝗꝫ vtute miſſe venire ſpamꝰ.
Poſt hec immediate ſequiꞇ̃ euãgeli
um. Et in principio ille qui legit e
uangelium: ſalutat populuꝫ: vt red
dat eum attentum ad audiendum e
uangelium . Dicitur autem euan
gelium ab eu: quod eſt bonum. et ã
gelus : quod eſt nunciꝰ. quaſi bonꝰ
nuncius. quia in euangelio nuncia
tur Chriſtꝰ . qui eſt magni conſilij
angelus. vel quia in eo nunciantur
om̃ia. que pertinent ad ſalutem no
ſtram. Et nota ꝙ quando euangeli
um ſumitur de principio: debet dici
initium ſancti euangelij . ſicut in e
euãgelio Liber generationis. et in
uangelio Fuit in diebus Herodis
regis . et in euangelio In principi
o erat verbum . Quando vero euã
gelium non ſumitur de principio :
debet dici ſequentia ſancti euangelij
Et eſt ſenſus verba ſequentia ſunt
verba ſancti euangelij. Notandum
ꝙ dicto titulo euangelij dꝫbet reſpon
deri Gloria tibi domine. quia ĩ euã
gelio agiꞇ̃ de gloria dei et miſericor
dia. qualiter. ſ. chriſtus diaboluꝫ vi
cit. et nos redemit, et victor ad glo
riam patris aſcendit. Et ideo audi
tores euangelij letantes ad laudem
ſui redemptoris exclamant dicentes
Gloria tibi domĩe. quaſi dicãt : do
mine gloria tua que in euangelio p̃
dicatur : nobiſcum ſine fine pmane
at. et ſemper creſcat. Notandum e
tiaꝫ : ꝙ quando legitur euangeliũ:
duo cerei debent accendi . ĩ ſignũ ꝙ
dominꝰ miſit diſcipulos binos et bi
nos predicare euangelium ante faci
em ſuam. Iſtud ergo notandum eſt
ꝙ ꝗꝫcito inchoatur euangeliũ . tãci
to tam clericus ꝗꝫ laicus tam profe



(c) 2006 Ministerio de Cultura

tens q̃ʒ audiẽs debent ſe munire ſi
gno crucis in fronte et in ore et in
pectore . In fronte : quia frons eſt
locus verecundie . vnde homines i
uerecundos effrontes . i. ſine fronte
appellamus . Per hoc ergo ꝙ fron
ti ſignum crucis imponimus : ſigni
ficamus ꝙ non erubeſcimus credeꝛe
in Chriſtum crucifixum . et eum ve
rum deum et veruʒ hominem confi
teri . In hoc autem ꝙ os et pectus
ſignamus : oſtendimus nos audacť
et ſimpliciter confiteri ore et fidelit
et firmiter credeꝛe corde chriſtū cru
cifixum : cuius liber legitur deum et
dominum noſtrum eſſe . Sacerdos
itaqʒ vel diaconus euangeliuʒ lectu
rus ſe ſignat in fronte : in ore et in
pectore . quaſi dicat non erubeſco .
euangelium ipm ore predico : et cor
de credo . Librum etiam ſignat : ac
ſi dicat : hic eſt liber crucifixi . Dum
autem dicitur euangelium cuncti de
ponunt velamia capitū propter duo
primo ad oſtendendū ꝙ euangelica
doctrina omnia velamina legis an
tique remouit . Secūdo ad deſignā
dum ꝙ omnes quiqʒ ſenſus debent
eſſe aperti ad audiēdum euangeliuʒ
Et eſt ſciendum : ꝙ ille qui legit e
uangelium : debet habere faciem ad
aquilonem . in ſignum ꝙ virtute e
uangelij debemus nos munire con
tra inſidias diaboli . que veniunt ab
aquilōe . quia vt dicit Hieronym⁹
ab aquilone pandetur omne maluʒ
Finito etiam euangelio quilibet de
bet ſe munire ſigno crucis cōtra dia
bolum . ne rapiat ſermoneʒ euange
lij de corde eius . Poſt euangelium
immediate ſequituꝛ credo . i. ſimbo
luʒ . ſ. credo in vnum deum . qḋ nō
debet dici niſi in diebus ſolennib⁹ .

non tamen in omnibus : ſed ſoluʒ i
illis ī quibus fit mentio in ſimbolo
vnde debet dici in omnibus diebus
dominicis . et in feſto ſancte trinita
tis et i natiuitate domini et in circū
ciſione et in epiphania in paſcha et
in aſcenſione et in feſto penthecoſtes
et in feſto omnium ſanctorum et in
tranſfiguratione domini . et in feſtis
beate virginis Marie et omniuʒ a
poſtoloruʒ et ſancte crucis In alijs
autem ſolennitatibus nō debet dici
Dicto auteʒ ſimbolo ſequitur offer
torium . quod dicitur ab offerendo
quia tūc offerimus ea : que ſunt ne
ceſſaria ad miſſaʒ . ſ. panem et vinū
et aquā Et ſacerdos offert iſta deo
dicendo . Suſcipe ſancta trinitas ⁊
c̄ . Et facit ſignuʒ crucis ſuper pa
nem et vinū . ad hoc vt deus ea ſan
ctificet . Et nota ꝙ ſacerdos bene
dicit aquam et non vinum . quia a
qua ſignificat populum qui indiget
benedictione dei . vinuʒ autem ſigni
ficat chriſtum . qui eſt ſuper omnia
benedictus . Et in hoc terminatur
prima pars miſſe . que ē ad populi i
ſtructionem . et preparatōnem ad
tantum ſacramentum . Sequitur
ſecunda pars miſſe . que eſt ad mate
ꝛie conſecratōnem . Et iſta habet q̄
tuoꝛ partes . Prima dicitur ſecreta
Secunda prefatio . Tertia canon
Quarta dominica oratio Recepta
gͦ oblatione ſacdos lauat ſibi mā⁹ .
et rediēs ad altare inclinat ſe profū
de dicens . In ſpū humilitatis ⁊ c̄ .
Ad denotandum ꝙ per mundiciaʒ
et innocentiam vite et humilitatem
et contritionem cordis efficitur quiſ
dignus miniſter huius ſacramenti .
Et erigens ſe vertit ſe ad populuʒ
dicens Orate pro me fratꝛes ⁊ c̄ Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ideo illi qui audiunt miſſam : debēt
orare pro eo dicendo illum pſalmū
Exaudiat te dominus in die tribu
lationis ⁊ c̄. vel dicant. Sit domi
nus in corde tuo et in ore tuo. ⁊ ſu
ſcipiat ſacrificiū de ore tuo et de ma
nibꝰ tuis pro tua et noſtra oīūqꝫ ſa
lute. Tunc ſacerdos dicit ſub ſilen
tio ſecētas. Et eſt ſciendum : ꝙ toti
dem ſecrete et eodem ordine et de eiſ
dem debent dici : quot collecte preceſ
ſerunt ante in exordio miſſe āte epi
ſtolam. ⁊ non plures neqꝫ pauciores
Et dicitur ſecreta : quoniam ſecre
te pronunciatur. cum tamen olim
alta voce diceretur. vnde etiam ab
hōībꝰ laicis ſciebatᷣ. ſcd̄m ꝙ narrat
magiſ Johānes beleti in ſumma ſu
a. Contigit ſemel : ꝙ quadam die
paſtores quidam ſuper lapidem q̄n
dam ponerent panem. et dicerent ſe
cretam et verba alia canonis ſuper
panem eorum : qui ad verborum e
orum prolationem panis in carnem
cōuerſus eſt. In quos diuinitus fa
cta fuit acerrima vindicta. nam ōs
ictu fulguris mortui ſunt. propter
quod ſtatutum fuit : vt de cetero iſta
ſub ſilētio dicerentur. ita ꝙ neſciātᷣ
a laicis. Alia ratio eſt ne vileſcant
Sicut ſacra ſcriptura tradita eſt ob
ſcura ne vileſcat. Poſtea ſacerdos
dicit alte : Per omnia ſecula ſeculo
rum. Et reſponſo amen ſacerdos
non vertens ſe ad populum ſalutat
ipm̄ dicendo : Dominus vobiſcum
De qua ſalutatione et eiꝰ reſponſi
one dictum eſt ſupra. Et quia ī iſto
ſacramēto requiritur magna eleua
tio mentis ad deum. ideo dicit ſacer
dos : Surſum corda. quaſi dicat :
habete ſurſum corda eleuata. iuxta
verbum apoſtoli dicentis. Que ſur
ſum ſunt querite. Et populus qua
ſi obediens dicit : Habemus ad do
minum. ſ. corda eleuata ad dominū
Et quia pro omnibus que deus cō
tulit nobis : grates ei impendere de
mus : ſubiūgit ſacerdos : Gratias
agāꝰ ⁊ c̄. Et populus quaſi cōſen
tiēs reſpondet. Dignum et iuſtum
eſt. Poſtea ſequitur prefatio. Et
dicitur prefatio : quaſi prelocutio. i.
ad miſterium prefatio. i. ꝙ in pre
fatione nominantur aliqui angelorum
ordīes. quia in miſſa angelos eſſe p̄
ſentes credimus. Et etiam aſſiſtere
ſacerdoti. Dicta prefatione ſubiun
gitur tancus angelorum Sanctus
ſanctus ſanctus dominus deꝰ ſaba
oth. i. exercituum et c̄. Oſanna id
ē : qđ ſalua obſecro Et dicitᷣ ter ſan
ctus ad denotandum trinitatem per
ſonarum. quia dicitur primo ſanctꝰ
pro perſona patris. ſecūdo p perſōa
filij. tertio pro perſona ſpiritus ſcī.
Et dicitur dominꝰ deꝰ in ſingulari
ad oſtendendum ꝙ vna eſt eſſentia ī
tribus perſonis. Et ſumitur iſtud
de Iſaya. Iſayas enim dicit ſe vi
diſſe ſeraphin clamātia ſanctus ſcūs
ſanctus. vnde nos cātico angelorum
cantamus. qꝛ per hꝰ ſacrificium ho
mines aſſumi ad angelorum ordīes
non dubitamus. et ideo cum eis in
excelſis ſaluari clamamus. Poſtea
dicitur alius verſus. ſ. Benedictuſ
qui venit ⁊ c̄. qui verſus ſumitur d̄
euangelio quod eſt liber crucifici. ⁊
in iſto verſu ſignificamꝰ : Chriſtū
in mundum veniſſe. et ab eo ſaluari
clamamus. Poſtea dicitur canon.
⁊ incipit canō in Te igitur. Et du
rat vſqꝫ ad pax domini Et dicitur
canon : quod eſt nomen grecū ⁊ vult
dicere in latino regula. quia per hu



(c) 2006 Ministerio de Cultura

iuſmodi verba regulariter fit huiuſ
ſacramenti conſecratio. vel quia ce
lebrans in omnibus debȝ ſe regula
riter habere. Et totum quidquid
continetur in iſto canōe excepto pa
ter noſter: totum dicitur ſub ſilenti
o. Et cauſa eſt triplex. Prima eſt:
quia dominus non attendit clamo
rem oris: ſed cordis. Unde dicit be
atus Bernardus. Non clamor ſed
amor intrat in aurem dei. Secūda
cauſa eſt: ne miniſter qui cum ſūma
deuotione et reuerentia et collectiōe
mentis debet dicere et proferre om
nia verba canonis: non longo cla
more deficiat vel impediatur a ſua
deuotione. Tertia cauſa eſt ne per
frequentem et quotidianum vſuȝ v̾
ba vileſcant. ⁊ ne in locis non com
petentibus dicantur. et ſic fiant in
ruinam. vt ſupra d̾ paſtoribus dixi
In quodam enim decreto prohibe
tur ſub anathemate. vt nullus niſi
ſacris veſtibus indutus et in libro
et ſuper altare conſecratuȝ proferat
verba canonis. Et ideo q̄ꝛ vir pol
lutus labijs ego ſum: et iſta ſacratiſ
ſima verba ſunt archana: que non
licet ea loqui homini peccatori: de
ipſis taceo. Hoc tamen bene dico
ꝙ nulli propria actoritate niſi domi
no Pape licet aliquid ſubtrahere d̾
eis vel addere. Notandum vero ꝙ
canon ſignanter incipit per iſtaȝ lit
teram. T. que antiquitus fiebat
admodum crucis. Quoniam ſacri
ficium quod virtute iſtorum verbo
rum perficitur: eſt memoratiuuȝ do
minice paſſionis Unde chriſtus qn̄
inſtituit iſtud ſacramentū dixit Hoc
facite in meam commemorationem
Et quoniam iſta verba habent effi
caciaȝ a paſſione chriſti: ideo ymago
Chriſti debet ibi depingi. In iſtis
etiam ſacratiſſimis verbis fit oratio
generalis pro eccleſia ſancta catho
lica. et pro papa qui eſt caput eccle
ſie. et pro epiſcopo. et credo: ꝙ de
bet intelligi de Epiſcopo in cuius
dyoceſi dicitur miſſa. Et de epiſco
po etiam qui ordinauit celebranteȝ
Oratur etiam pro Rege. qui eſt do
minus temporalis. Oratur etiam
pro omnibus ortodoxis. i. chriſtiāiſ
catholice ⁊ apoſtolice fidei cultoribꝰ
Que verba exponentur in tertia ꝑ
te operis huius. quando agetur de
credo in deum. Sed per iſta verba
excludūtur ſciſmatici heretici iudei
et pagani. Poſtea fit oratio ſpecia
lis pro illis quibus eſt obligatus ſa
cerdos ex ordīe caritatis. et ideo te
netur eos ordinare ita: ꝙ primo po
nat illum: cui primo eſt obligatus.
et ſic de alijs. ita tamen ꝙ ſi ſpecia
liter dicit miſſam pro aliquo: ꝙ vir
tute ſacrificij referat ad ipm̄. et non
propter hoc excluditur: quin poſſit
et debeat orare pro alijs. Eſt tamē
circa iſtam orationem aduertenduȝ
ꝙ debet eſſe mentalis non vocalis.
Et ratō poteſt aſſignari quoad nūc
duplex. Prima vt ſacerdos ſit ma
gis collectus et attentus. quia ſer
mo aliquotiens impedit intentionē
Secundo ad oſtendendum ꝙ deus
non attendit clamorem oris ſed cor
dis. vt dictum eſt. Notandum etiā
ꝙ nullus fidelis cuius occurrat me
moria: debet excludi ab iſta oratiōe
imo quilibet cuius ſpecialiter occur
rat memoria: eſt ſpecialiter deo com
mendandꝰ. aliter ſacerdos peccaret
Notandum etiam ꝙ ſacerdos ante
q̄ȝ dicat miſſam poteſt facere iſtam o
rationem. vnde ſi ſacerdos anteq̄ȝ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicat miſſam: dicat mentaliter deo:
Domine deus ego in miſſa intēdo
tibi recommendare iſtum vel iſtam:
poſtea in miſſa ſufficit: ꝙ dicat men
taliter memento domine illorum :
quos ante tibi recomendaui. Po
ſtea nominantur multi ſancti ⁊ ſan
cte. qui omnes pro chriſto ſe ſacrifi
cauerunt exponendo ſe morti. Iſta
quoad nunc ſufficiāt quantū ad ver
ba canonis. Sed eſt dicendum ali
qua de ſignis: que fiunt ī canone.
Unde ſciendūꝫ eſt: ꝙ ſcd̄m ꝙ dicit
dn̄s Innocentius in libro de miſſa
crucis ſignatōnes que fiunt in miſ
ſa ſunt. xxv. et fiunt in ſeptem vi
cibus. et ſignificant expreſſe paſſio
nem chriſti. Prima vice fiunt tres
dicendo illa verba. Hec dona hec
munera ⁊c̄. et ſignificant trinā tra
ditionem chriſti. Nam primo fuit
traditus a deo patre. qui eū in mun
dum miſit Secundo a Iuda prodi
tore qui eum vendidit. Tertio a iu
deis. qui enm Pilato ad crucifigen
dum tradiderunt. In ſecunda vice
fiunt. v. cruces dicendo illa verba.
Benedictaꝫ aſcriptaꝫ ⁊c̄. Et ſigni
ficant. v. perſonas que fuerunt in
paſſione chriſti videlicet pſona chri
ſti venditi. perſona iude vendentis
et perſone emētiū: q̄ fuerūt tres. ſ.
pontifices phariſei et ſcribe. In ter
tia vice fiūt due dicēdo illud verbū
benedixit. quod verbum dicitur pri
mo ſup panem ſecundo ſuper vinū
Et fiunt iſte due cruces propter cō
uerſioneꝫ duplicis materie. ſ. paniſ
et vini. In quarta vice fiunt. v.
dicendo illa verba: Hoſtiaꝫ puraꝫ
hoſtiaꝫ ſanctam ⁊c̄. Et ſignificāt
quinqꝫ vulnera. que Chriſtus per
tulit in cruce. In quinta fiunt due

vna ſuper corp⁹ chriſti. et alia ſup
ſanguineꝫ. dicendo illa verba ſacro
ſanctū filij tui corpus et ſanguieꝫ ⁊
c̄. Et ſignificant vincula. quibus
fuit ligatus vel flagellatus. In ſex
ta fiunt tres dicendo illa verba. ſan
ctificas viuificas benedicis ⁊c̄. Et
ſignificāt tres crucifixiōes chriſti.
Nam primo fuit crucifixus linguiſ
iudeorum. Secundo ſententia Pi
lati. Tertio manibus militum. In
ſeptima fiunt quinqꝫ cum corpore
tres. ſ. ſuper calicem et due a latere
Et ſignificāt tres cruciatus. ſ. paſ
ſionis propaſſionis et compaſſionis
et aquam et ſanguinem: que fluxe
runt de latere chriſti. Et ſic fiunt
xxv. cruces. qui eſt numerus cubit⁹
ad deſignādū ꝙ quantūcunqꝫ mul
tiplicetur ſacrificiuꝫ ſemper eſt vnū
Et iſtud ſufficiat de ſignis. et per
conſequens de ſecunda parte miſſe
que ē ad materie ſacramēti conſecra
tionem. Sequitur tertia pars que
eſt ad ſacramenti ſuſceptionē. Et
in iſta parte primo ſacerdos frāgit
hoſtiam in tres partes. quarum v
na ſignificat corpus chriſti miſticū
ideſt fideles qui peregrinant in mū
dum. ſecunda illos qui ſunt in pur
gatorio. tertia illos qui ſunt in pa
radiſo Et dicto per omnia ſecula ſe
culorum et reſponſo amen: dicit ſa
cerdos: Pax domini ſit ſemper vo
biſcum faciendo tres cruces cūꝫ par
te hoſtie. Et ſignificāt: ꝙ per mor
tem chriſti fuit pax inter deum ⁊ ho
minem reformata Et dicitur ter a
gnus dei Agnus dicitur ab agnoſ
quod eſt piuꝫ. quia chriſtus ſua pie
tate nos redemit. vel dicitur agnuſ
ab agnoſcēdo. quia ſolo balatu ma
trem ſuam agnoſcit. ſicut Chriſt⁹



(c) 2006 Ministerio de Cultura

In paſſione ſua matrem ſuam agno
uit. Et ideo dicitur ter agnus dei:
quia chriſtus in cruce pendens tria
agnouit. ſ. patrem ſuum ei obedien
do. et matrem virginem virgini cō
mēdando. ⁊ genus humanum redi
mendo. Et dicitur bis miſerere no
bis. et vltimo dona nobis paceʒ ad
oſtendendum ꝙ in mundo iſto et in
purgatorio indigemus miſericordia
dei. et in paradiſo hēbimus pacem
et requiem completaʒ et oppulentā
In miſſa pro defunctis dicitur dōa
eis requiem. quia miſſa pro eis dici
tur. vt veniant ad requiem paradi
ſi. Poſtea ponit vnam partem ho
ſtie in calice. Et ſignificat: vt dictū
ē mortuos qui ſunt inebriati glori
a paradiſi ſcdm illud pſalmiſte In
ebriabuntur ab vbertate domus tu
e: et torrente voluptatis tue pota
bis eos. Poſtea accepto pacis oſcu
lo ſcdm quoſdam ab eucariſtia. ſcdʒ
alios a calice ſcdʒ alios ab altari: dat
pacem diacono. ⁊ ille ſubdiacono ⁊
ſic per iſtos deſcendit ad alios. ad
dſignandum ꝙ pax dei que exupat
omnem ſenſum: per chriſtum deſcē
dit ad prelatos. et per prelatos ad
ſubditos. Et ſignificat etiam ꝙ ōs
qui volunt eſſe participes fructus i
ſtius ſacramenti: debent eſſe vincu
lo pacis et caritatis vniti. Poſtea
dicta quadam oratione ſacerdos re
cipit iſtud ſacramētum ſacratiſſimū
ſub ſpecie panis et vini. Laicis au
tem non datur ſub ſpecie vini propt̄
periculum effuſſionis. Poſt ſumpti
oneʒ ſacramēti debet accipere aliqd
de vino. et abluere os. niſi eſſet aliā
miſſam illa die celebraturus Et ſic
terminatur tertia pars miſſe. que ē
ad ſacramenti ſuſceptionem. Sequit

quarta pars miſſe. que pertinet ad
grarum actioneʒ. in qua primo cā
tatur cōmunio. Et dicit cōmunio
a cō: ꝙ ē ſimul. et vnio. qſi ſimul v
nio ad denotādū ꝙ virtute hui⁹ ſa
cramēti ſumus p caritateʒ vniti deo
et proximo. Poſtea dicitur poſtcō
munio ideſt quedam oratio. Et
ſic vocatur: quia dicitur poſt cōmu
nionem. Et debent dici eodem nu
mero ⁊ eodem ordine: quibus fue
runt dicte collecte ante epiſtolam.
et eodem modo terminari. Poſtea
ſalutato populo et reſponſo et cum
ſpiritu tuo: dicit ſacerdos Ite miſſa
eſt Et eſt ſenſus ite poſt in ad chri
ſtum. ⁊ ſequimini euʒ. quia miſſa ē
hoſtia pro vobis ad deuʒ patrē pla
candū. vel ite ad propria quia miſ
ſa ē completa. et nota ꝙ ite miſſa ē
non debet dici: niſi qñ dr̄ Gloria i
excelſis. ſʒ dʒ dici: benedica⁹ domi
no. et in miſſa pro mortuis Requi
eſcant i pace. Si autem queratur
quare in fine cuiuſlibet miſſe nō di
citur. Ite miſſa eſt: reſpondeo ſic.
Corpus chriſti myſt. cum qd ē eccle
ſia eſt triplex. ſ. quod eſt in celo glo
rificatum ideſt ſancti qui ſunt in pa
radiſo. aliud ꝙ adhuc i t̄ris ābulat
ideſt fideles qui ſunt in mūdo iſto.
aliud ꝙ iam receſſit de hoc mundo
non tamē adhuc eſt in paradiſo .i.
fideles qui ſunt in purgatorio. Li
cet ergo quelibet miſſa totum corp⁹
chriſti miſticuʒ reſpiciat: ſicut patʒ
per triplicem hoſtie ptitioneʒ: tn̄ ſe
cūdū iſta triplíceʒ differētiam dictā
conuenit miſſa tripliciter appropria
ri. Quedaʒ enī celebrantur ad ho
norem ſanctoꝝ. et qr ipſi ſunt iā co
raʒ deo. idcirco in talib⁹ miſſis lice
tiatur popul⁹. et dicitur Ite miſſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt. quaſi dicatur feſtinate ingredi i illam requiem. quedam autez ſpecialiter celebrantur ad ſalutez viuorꝝ et quia nō ſumus certi dē ſalute noſtra. ideo debemus eſſe ſoliciti. ne ꝑ noſtram ignauiaz in nobis miſſe efficacitas euaneſcat. Ideo dicitur in iſtis miſſis in fine omni tempore benedicamus domino ſecundum illud prophete Benedicam dominum in omni tempore. Quedam dicuntur ſpecialiter ad requiem defunctoꝝ et i illis dicit᷑ Requieſcāt i pace. Et nota ꝙ ſacdos cōuītit ſe ad populū quinqꝫ et ſepties ſalutat eū: ꝙ quinquies conuertit ſe ad populuz ſignificat ꝙ chriſtus quinquies apparuit in die reſurrectōis ſue. Primo marie Magdalene in orto Secundo mulieribus euntibus et redeuntibus ā monumento. Tertio beato petro. ſed vbi vel qua hora neſcitur. Et ideo quando tertio vertit ſe ſacerdos non loquitur alte Quarto apparuit diſcipulis. quando intrauit ad eos ianuis clauſis. et Thomas non erat cum eis. Quinto apparuit duob⁹ diſcipulis euntibus in Emaus Quod autem ſepties ſalutat populum ſignificat. ꝙ virtute miſſe ſalutem ſequamur eternam. in qua habebimus ſeptem dotes. quatuor a parte corporis. et tres a parte anime. Nota etiam illud. ꝙ ſacerdos incipit miſſaz in dextra parte altaris et poſtea tendit ad ſiniſtram. et iterꝝ redit ad dextrā. Significat ꝙ chriſt⁹ ā dextra patris venit ad ſiniſtraz mundi. et iterum in die aſcenſionis rediit ad dextram patris iuxta illud Johannis Exiui a patre meo et veni in mundū. iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Si autez queratur vtrū canon debeat dici tarde an cito. i. an debeat ſacdos multuz morari in canone dicēdo an nō Dicēdū ē ꝙ ſacerdos debꝫ cū bona maturitate et magna attentiōe dicere oīa vba canōis. nō dꝫ tn̄ ibi morari multum ne muſce morientes. i. diabolice tēptationes perdant ſuauitatem vnguenti ideſt ſuauitatez hui⁹ ſacrificij. quia voluntas hominis mutabilis eſt. et nūqꝫ in eodem ſtatu permanet. Et ideo in figura fuit dictum filijs Iſrael: ꝙ comederēt agnum paſcalem feſtinanter. Notandum etiam: ꝙ miſſa nūquaz debet dici ſine lumine. Et iſta ſufficiant dē ritu miſſe. licꝫ multa alia poſſent dici

De defectibus qui poſſūt accidere in miſſa. c. xi.

VBi mai⁹ periculuz intēditur: ibi ē plenius conſulendum Et quia i celebratione miſſe niſi dbito modo fiat imminet maximum periculuz: ideo de dēfectibus qui poſſunt i celebratione miſſe contingere: debet ſummo ope precaueri. Et ſi contingant: ſunt vt melius poterit corrigendi. Poteſt ergo eſſe defectus in miſſa ante conſecrationem. vel in ipſa cōſecratione: vel poſt conſecrationez. Ante cōſecrationem poteſt eſſe defect⁹ ſi non miniſtretur debita materia puta ſi loco vini miniſtretur aqua. Unde ponatur: ꝙ ſacerdos vel ille qui ſeruit illi in miſſa: ponit i ca

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſite aquam credens eſſe vinum. q̄d
debet facere ſacerdos? Dicendum ē
ꝙ aut ſacerdos percipit iſtuꝫ errorē
ante conſecrationem. aut poſt. Si
percipit ante conſecrationem : debꝫ
aqꝫ eijcere et miniſtrare vinū cū aq̄
⁊ ſic peragere miniſteriū ſuuꝫ. Si
autē aduertat poſt conſecrationem
corporis : aut aduertit āteqꝫ ſumat
corpus chriſti : aut poſt ſumptioneꝫ
corporis chriſti. Si anteqꝫ ſumat
corpus chriſti: tunc debet miniſtrar̄
vinum cum aqua in calice. et reinci
pere ab illo loco Simili modo. ⁊ ꝓ
ſequi totum vſqꝫ ad finem. Si au
tem aduertit poſt ſumptioneꝫ corpo
ris debet miniſtrare vnam hoſtiam
non conſecratam. et ponere vinum
cum aqua in calice . ⁊ reincipere a
principio canonis ſcd̄m quoſdam .
tamen credo: ꝙ ſufficeret incipe ab
illo loco. Cōmunicantes et memo
riam. ⁊ ꝑficere miniſterium ſuum .
Et ſi dicas: ꝙ forte iſte non ꝑcipit
iſtuꝫ errorem: quouſqꝫ ſumpſit aqꝫ
que loco vini fuit poſita in calice . ⁊
ſic non eſt ieiunus. et ſic videtur: ꝙ
non debeat celebrare in iſto caſu .
Dico ꝙ iſtud eſt tenendum pro re
gula generali ꝙ qn̄ocūqꝫ ſunt duo
precepta fortiꝰ magis obligat . mᵒ
circa celebrationeꝫ miſſe ſunt duo p̄
cepta. vnuꝫ eſt: ꝙ miſſe dicatur a ie
iuno. aliud eſt: ꝙ ſacramentum inte
grum perficiatur ideſt ꝙ celebrans
ſemꝑ conſecret ſub vtraqꝫ ſpecie. ſ.
panis ⁊ vini. Conſtat autem: ꝙ p̄
ceptum de integritate ſacramēti miſ
ſe fortius eſt qꝫ preceptuꝫ: ꝙ ſuma
tur a ieiuno . cum illud reſpiciat ſa
cramenti eſſentiā. quare quātuncū
qꝫ iſte ſumpſerit aquaꝫ : et ſic nō ſit
ieiunus : nihilominus tamen debꝫ
facere ſicut dictum eſt . ſ. ꝙ habeat
hoſtiam non conſecratam ⁊ vinum
et aquam , et reincipiat a principio
canonis vel ab illo loco Cōmunicā
tes ⁊ memoriam ⁊. c̄. et ſic totuꝫ ꝓ
ſequatur vſqꝫ ad finem. Sed quid
ſi ille qui miniſtrauit vinum in cali
ce: non appoſuit ibi aquam quid fa
ciendum eſt in iſto caſu? Dico ꝙ ſi
ſacerdos aduertit iſtud ante cōſecra
cionem ſanguinis debet ponere aqꝫ
in calice. ⁊ ſic conſecrare Si auteꝫ
aduertit poſt conſecrationē ſangui
nis. debet conteri de negligentia ⁊
procedere in miſſa. Quia vinum ē
ꝓpria materia huius ſacramenti ⁊
non aqua. vt dictum eſt ſupra. de
bet tamen admiſceri ex quadam cō
gruitate . Sed quid ſi ſacerdos ad
uertit venenum eſſe in calice immiſ
ſum vel araneam vel muſcam ibi ce
cidiſſe. nunquid debet ſumere. Cer
te quantum ad venenum vel arane
am dico ꝙ non. ne calix vite fiat ſi
bi calix mortis. Sed ſanguis ille d̄
bet poni in aliquo vaſe mundo et ap
to. ⁊ debet poni inter reliquias cuꝫ
aliqua ſcriptura notificante ibi ſan
guinem eſſe Chriſti et ꝙ nō ſuma
tur ab aliquo. quia ſpeciebus illis ē
admixtum venenum. Et niſi ſacer
dos ſūpſerit corpus chriſti debet po
nere aliud vinum in calice cuꝫ aqua
et reicipere ab illo loco Simili mo
do ⁊ c̄. Si autem iam aſſumpſerit
corpus chriſti : debet habere aliam
hoſtiam vt dictum eſt ſupra Quan
tum autem ad muſcam vt dictum ē
ſupra. dico ꝙ propter muſcam non
debet dimittere quin ſumat. non tn̄
credo ꝙ debeat tranſglutire muſcaꝫ
vt quidam dicunt . ſed ſufficit ꝙ la

(c) 2006 Ministerio de Cultura

netur. et lotio ſumatur. ſi autem ti
meatur ꝺ vomitu: comedat aliquid
prohibens vomitum. Et muſca cō
buratur. ⁊ cinis in ſacrario reſerue
tur. ⁊ idem dico de aranea. ꝙ ſic de
bet comburi. et cinis in ſacrario re
ſeruari. Sed ponatur ꝙ quando
ſacerdos eleuat hoſtiam: apparet i
bi ſpecies pueri vel carnis. quid fa
ciet tunc Dico ꝙ aut apparet ita ōi
bus. aut ſacerdoti tantum: aut po
pulo tantum. Si apparet ita omni
bus: aut ſacerdoti tantuꝫ. in iſto ca
ſu debent effūdi orationes ad deum
vt reuertatur in ſpeciem panis. ⁊ ſi
fiat debet ſumi. ſi autem non. debꝫ
haberi alia materia et conſecrari. ⁊
ſumi a ſacerdote. Si autem nō ap
pareat ſacerdoti. ſed populo tantuꝫ
debet ſumi a ſacerdote Sed quia a
liquando poteſt contingere. ꝙ calix
cadat ⁊ ſanguis effundatur. quid er
go faciendum eſt tunc? Dicendum
ꝙ quidquid ē agēdū in iſto caſu. do
cetur ex quodam decreto Pij pape
in quo decreto dicit̄ ſic Si per neg
ligentiam aliquid ſtillauerit in terrā
lingua lambatur ⁊ tabula radatur.
et ſi non fuerit tabula. vt non con
culcetur locus radatur et igne con
ſumetur. et cinis intra altare cōda
tur. et ſacerdos quadraginta dieb⁹
peniteat Si ſuper altare ſtillauerit
calix. ſorbeat miniſter ſtillam ⁊ tri
bus diebus peniteat. ſi ſuper linte
um altaris ſtillauerit. ⁊ ad aliud ſtil
la peruenerit. quatuor diebus peni
teat. ſi vſqꝫ ad tertium ſtillauerit. i.
ſtilla peruenerit. nouem diebus pe
niteat. ſi vſqꝫ ad quartum. xx. dieb⁹
pēiteat. Et linteamina que tetige
rit ſtilla. tribus vicibus miniſter ab
luat calice ſuppoſito. et aqua ablu
tionis ſumat̄ vel in aliquo vaſe iux
ta altare condatur. Siquis per e
brietatem vel voracitatem eucariſti
am euomeret ſi laicus eſt quadragi
ta diebus peniteat. clerici vel mona
chi dyaconi vel prebiteri. lxx. dieb⁹
peniteāt. Epiſcopi peniteant nona
ginta diebus. Si vero cauſa infir
mitatis euomerit. ſeptem diebus pe
niteat. Iſta habentur de conſe. di.
ij. ca: Si per negligentiam. et. c:
Siquis per ebrietateꝫ Et materi
a illi⁹ vomitus debet accipi et com
buri et cineres iuxta altare recondi
Que penitentia debeat eſſe iſta di
cunt aliqui ꝙ omnibus iſtis diebus
debet ieiunare i pane et aqua. ⁊ ceſ
ſare a cōmunione. alij dicunt ꝙ ſuf
ficit ꝙ faciat aliquam abſtinentiaꝫ
vel dicat aliquas orationes. Sed
pone aliquis ſacerdos induit ſe ad
miſſam. et poſtquaꝫ iam proceſſit i
miſſa recolit ſe aliqꝺ peccatuꝫ mor
tale cōmiſiſſe. de quo non fuit confeſ
ſus. vel recolit ſe excōmūicatum fu
iſſe. quid faciet iſte ſacerdos? ſi proc
dat videtur peccare mortaliter. qꝛ
iudicium ſibi manducat. et bibit. ſi
auteꝫ ex toto dimittat magnuꝫ ſcā
dalum in populo generat? dicunt q̄
dam ꝙ talis ſacerdos non debet dic
re verba conſecrationis. ſed ſimplici
ter hoſtiā ſumere debꝫ. ſed iſtud nō
eſt veruꝫ imo eſt erroneum. quia fa
ciendo ſic videtur grauiter peccare
quia talis videtur dum illudere faci
endo irreuerentiam ſacramento. ⁊
populū decipit. quem facit idolatra
re. et ita ei ſe aſtringit Iſta hēntur
extra ꝺ cele. miſ. c. De hoīe Et
ideo dico ꝙ ſi iſte nō poteſt dimitte
re miſſam abſqꝫ ſcandalo. ꝙ doleat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

atqꝫ peniteat ⁊ conteratur de pecca
to ſuo: doleat etiam: ꝙ ita tarde pe
nituit: et proponat confiteri: q̄zcito
poterit habere oportunitatem: ⁊ cō
fiteret in nomīe domini. quia in iſto
caſu ſummus ſacerdos abſoluit euꝫ
Et licet quidam dicant ſimilem eē
in ſententia excommunicationis: tñ
credo: ꝙ in iſto caſu ſi ſacerdos nō
proceſſit ad conſecrationeꝫ debet di
mittere fingendo ſe infirmuꝫ vel ha
bere aliquam neceſſitateꝫ legitimā.
et ſi non poteſt dimittere doleat ⁊ ꝓ
ponat ſe facere abſolui. ⁊ credo ꝙ q̄z
tum ad illum punctum eſt abſolutꝰ
a ſummo ſacerdote. ſ. a chriſto ⁊ hꝰ
quantum ad culpam. Utrum autē
ſit abſolutus quātuꝫ ad penam irre
gularitatis. non determino quoad
nūc. Sed pone ſacerdos habet cō
ſcientiam ꝙ omiſit aliquid de vbis
canonis. nunquid debet ea repetere
Dico ꝙ aut habet conſcientiaꝫ pro
babilem et quaſi certam. aut conſci
entiaꝫ leuem et ſcrupuloſaꝫ. Si ha
bet conſcientiam certam et multum
probabilem. ꝙ dimiſit aliquid de v
bis canonis. debet repetere. potiſſimū
ſi habet talem conſcientiam de. vbis
conſecrationis. quia non intelligit
iteratum quod dubitatur. ſupple ꝓ
babiliter qđ neſcitur eſſe factum. vt
dicitur de conſe. di. iiij. Cū nulla.
extra de prebitero nō baptizato. c.
Ueniens. debꝫ tamē vt credo ſacer
dos habere iſtam intentionem. ſi di
xi iſta verba non intendo ea repete
re cum intentiōe cōſecrandi. ſed ſi ñ
dixi nunc dico ea Argumētū extra
ꝺ baptiſmo et eiꝰ effectu. c. ij. Pro
pter autem leuem et ſcrupuloſaꝫ cō
ſcientiam nō debēt iterari huiuſmōi
vba. Et ideo ſacerdos multū dꝫ eē

attētus et recollectꝰ qñ̄o dicit hec v
ba Sed pōt euēire ſacerdoti qñ̄o di
cit miſſam faciendo cū hoſtia ſigna
forte propter frigus vel inaduerten
tia vel aliquid aliud ꝙ cadit hoſtia i
ſanguinem. quid debet fieri? Dico
ꝙ debet dimittere eaꝫ ibi. nec extra
hat eam inde. ſed ſumat cū ſangui
ne. quia ſigna ⁊ fractōes que fiunt
cum hoſtia. magis fiunt in ſignifi
cationē: q̄z ſint ꝺ eſſentia miſſe Po
ne etiam ꝙ ꝓpt̄ frigus ſanguis con
gelatur in calice Tunc ſacerdos tm̄
debet exalare in calice. donec liqueſſi
at. tñ credo ꝙ tutius eēt. ꝙ calix in
uolueret̄ pānis calidis. et ſi non ꝓſſi
ceret. ꝙ poneretur in aqua feruēti.
cauēdo tamē ne aqua intraret Sꝫ
pone. ſi ſacerdos qñ̄o dicit miſſam
morit̄. aut ꝑcutit̄ aliqua īfirmitate
ita ꝙ nō pōt finire miſſam. quid fa
ciendum eſt in iſto caſu? Dico ꝙ cir
ca iſtā materiaꝫ eſt vna regula gene
ralis. ſ. ꝙ ſemꝑ ille q̇ dic̄ miſſam dꝫ
ſumere et ꝑficere iſtud ſacr̄m ſi poſſi
bile ſit. ⁊ ſi nō pōt aliꝰ ꝺbet ſumere
⁊ ꝑficere loco eius In caſu igit̄ pre
poſito dico. ꝙ ſacerdos aut moritur
aut impedit̄ ante inceptōnē canoniſ
aut poſt. ſi ante nō eſt curādū. ſi pꝰ
aut ante cōſecratōnē aut poſt. ſi añ
alius ſacerdos debet ſe induere et i
cipere vbi ipſe dimiſit. Sed ſi mo
riatur vel impediatur poſt conſecra
tioneꝫ: alius ſacerdos debet ſupple
re quod remanet ſupplendum ⁊ ſuſ
cipere ſacramentuꝫ et perficere miſ
ſam. Sed ponatur ꝙ moritur vel
impeditur poſtq̄z ſumpſerit corpus.
et añq̄z ſumat ſanguineꝫ In iſto ca
ſu dico: ꝙ aliꝰ ſacdos dꝫ ſūere ſāgui
neꝫ et cōplere officiū miſſe Sꝫ pōe:
ꝙ mꝰ vel aliq̄ alia beſtia ſumit hoſti

(c) 2006 Ministerio de Cultura

as conſecratas. Dico ꝙ ſi poſſent
extrahi ab illo animali ſpecies ille ꝺ
debet aperiri. ⁊ ſpecies ille reueren
ter reponi in ſacrario. et animal cõ
buri. et cineres intra altare recondi
Sed pone aliquis ſacerdos tanto
tempore reſeruauit illas ſpecies. ꝙ
ſunt iaꝫ putrefacte vel corrupte. qd
debet fieri de iſtis ſpeciebus: dico ꝙ
iſtud in materia iſta pro regula gen̄
rali eſt habendum: ꝙ tamdiu manet
ſub iſtis ſpeciebus corpus ⁊ ſanguiſ
chriſti q̄ꝫdiu manet ſubſtantia paniſ
et vini. et tãcito ſub ſpeciebus iſtis
deſinit eſſe corpus et ſanguis chriſti
quamcito deſinit ibi eſſe ſubſtãtia pa
nis et vini. vt habetur de conſecra
tione. di. ij. Qui bene. Et ideo ſi
ille ſpecies venerint ad tantam cor
ruptioneꝫ: ꝙ ſubſtantia panis et vi
ni non maneret ſub eis: iaꝫ nõ ē ibi
corpus et ſanguis chriſti. Et ideo
non debent ſumi ſicut conſecrate. ſꝫ
ſacerdos poſtq̄ꝫ ſũpſerit in miſſa cor
pus chriſti: ſumat eas reuerenter.
ſed non vt conſecratas. Si aũt nõ
venerint ad tantam corruptioneꝫ:
quin ſub eis poſſit manere et mane
ret ſubſtantia panis et vini: debent
ſumi vt conſecrate. Sed quid ſi ex
illis ſpeciebus corruptis ſint gen̄ra
ti vermes: quid debet fieri de illis
vermibus: Dico ꝙ debent combu
ri et cineres circa altare recõdi. Et
ſacerdos ex negligẽtia cuius iſta ac
cidunt: debet grauiter puniri. Et
ideo ſacerdos debet cauere ne nimiſ
longo tempore reſeruet eucariſtiam
neqꝫ reſeruet eam in loco nimis hu
mido. ita ꝙ ille ſpẽs poſſent defacili
corrumpi. Hec circa ſacramentuꝫ
eucariſtie et eius miniſteriuꝫ et orna
menta perſtrixi breuiter. vt ſimpli
ces in aliquibus certitudinem inue
nirent. ⁊ q̄ in aliis longuꝫ tractatuꝫ
exigunt: daretur eis occaſio cogitã
di dubitandi et interrogandi.

Cõtinuatio ad ſubſeq̄n
tia tractatus quintus.

ORdineꝫ in huius li
belli pricipio poſitũ
proſequẽdo dicto de
ſacramentis que ꝑ
ducunt promouẽt ⁊
conſeruant hominẽ
in eſſe ſpirituali: que ſunt baptimuſ
cõfirmatio et eucariſtie ſacramẽtũ:
dicendum eſt nunc de ſacramẽtis: q̄
ſi ceciderit homo: faciũt ꝙ reſurgat
Et iſta ſunt penitentia: que ſanat
hominem a peccato. et ſacramẽtuꝫ
extreme vnctiõis: que ſanat reliq̄as
peccatorum. Uerum quia in ſecun
da parte huius opuſculi agitur ꝺ cõ
feſſionum audientia et penitentiarũ
impoſitione: ideo tractatus de ſacra
mento penitentie vſqꝫ tunc differatᷓ
ne oporteat pluries reiterare vnum
idem. Quia etiam dignius debet
ꝑcedere min⁹ dignũ. ſacramẽtũ aũt
ordis ē digni⁹ ſacramento extreme
vnctionis. ideo primo dicendum ē
de ſacro ordis q̄ꝫ ꝺ ſacro extreme vn
ctionis

Incipit tractat⁹ ſextus prime
partis de ſacramento ordinis.

QUia conferre ſacra
mentum ordinis de
iure et regulariẽ ad
ſolos Epiſcopos ꝑ
tinet: qui vnctionẽ
ſacramenta que eoſ
teſte beato Johanne Apoſtolo de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnibus edocet receperunt. ido cir
ca materiam ſacramēti ordinis pau
ca dicam. cum ſanctos ac venerabi
les epiſcopos ſicut habeo in patres
⁊ dominos habere deſiderem in ma
giſtros. Verum quia ſacerdotibus
omnibus tota eorū poteſtas in colla
tione ordinuꝫ tribuitur. ideo aliqua
de ſacramēto ordinis expedit eos ſci
re. que ſub breui cōpēdio comprehē
dam. et hec quoad nunc ad quinqꝫ
poſſunt reduci. d quibus per ordinē
eſt agendum Primo quid eſt ordo
Secundo quot ſunt ordines. Ter
tio ſi in quolibet ordie imprimatur
caracter. Quarto in quo actu imp
mitur caracter cuiuſlibet ordinis.
Quinto que requirūtur in ſuſcipi
ente ordines

Quid ſit ordo .c.i.

ORdo ab Hugone
de ſancto victore d
ſcribitur ſic. Ordo
eſt ſignaculū quod
dam in quo et p qđ
ſpiritualis poteſtas
ſeu officiuꝫ tribuitur ordinato. ⁊ po
nitur ibi poteſtas quoad ordies pro
prie dictos. ſed officium ibi pōitur
quoad ordines communiū dictos.

Quot ſunt ordines .c.ij.

IN numero ordinū
diuerſificāt doctorꝭ
canōiſte et theologi
Doctores enim ca
noniſte dicūt. ꝙ ſūt
nouem ordines. ſ.
pſalmiſtatus. hoſtiariatꝰ. lectoratꝰ
exorciſtatus. accolitatus. ſubdiaco
natus. diaconatus prebiteratus ⁊
epiſcopatꝰ. Et forte ratio que mo
net doctores canoniſtas eſt iſta. qui
a in talibus ordinibus tribuitur ſpe
cialis poteſtas vel officium. vbi er
go eſt ſpecialis poteſtas vel officiuꝫ
ibi eſt ſpecialis ordo. ſed in epiſcopa
tu tribuitur ſpecialis poteſtas. et in
pſalmiſtatu ſpeciale officium. ideo e
piſcopatus eſt ſpecialis ordo et etiaꝫ
pſalmiſtatus. Vt ergo militans ec
cleſia correſpondeat triumphanti.
Sicut enim in triumphanti eccleſi
a ſunt nouem ordines angelorum.
ita in militanti eccleſia ſunt nouē or
dines miniſtrorum et eſt ſatis apta
congruentia. Doctores vero theo
logi multi et quaſi omnes ex eis te
nent ꝙ nō ſunt niſi ſepteꝫ ordines.
quia ponūt ꝙ pſalmiſtatus non eſt
ordo nec epiſcopatus. etiam vt ſic
ſeptiformis gratie ſpiritus ſancti re
ſpondeant ſeptem ordines. Quid
quid ſit de hoc ſatis puto ꝙ pſalmi
ſtatus non eſt ordo. ſicut nec prima
tonſura de qua magis videretur cū
pſalmiſtatus conferatur a ſimplici ſa
cerdote. prima autem tonſura ordia
rie ab Epiſcopo confertur. Unde
vt dicunt doctores. prima tonſura
non eſt ordo. ſed diſpoſitio ad ordi
nes. diſpoſitio inquaꝫ nō neceſſita
tis ſed congruentie. De epiſcopatu
autem vtrūꝫ ſit ſpiritualis ordo du
bito. ⁊ ideo iſtud dimitto determina
tioni maiorum. Thomas autem i
quarto ſuo dicit. ꝙ ordo dicitur tri
pliciter. vno modo ordo eſt nomen
officij. et ſic pſalmiſtatus eſt ordo: a
lio modo eſt nomen dignitatis. ⁊ ſic
epiſcopatꝰ eſt ordo. alio modo ē no
men cuiuſdaꝫ ſpiritualis poteſtatis
⁊ ſic non ſunt niſi ſepteꝫ ordines tā
tū. Et iſto modo poſſunt cōcordari

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſura et opiniones doctorum. Nu
merus autem et ſufficientia iſtoru3
ſeptem ordinum communiter dicto
ru3 ſic poteſt haberi. Omnis ordo
ideo dicitur ordo: quia ordiatur ad
corpus chriſti. prout in ſacramento
eucariſtie continet᷑. Et ſcdm q ma
gis de propinquo accedit ad hoc: ſe
cundu3 hoc dicitur maior vel digni
or ordo Poteſt ergo ordinari aliqs
ordo ad corpus chriſti. i. ad ip3 con
ſecrandu3. et ſic eſt prebiteratus: cu
ius eſt corpus chriſti conſecrar᷑. vel
ad ip3 conſecratū populo diſpenſan
du3 et ſic eſt diaconatus. cuius anti
quitus erat ſanguine3 chriſti popu
lo diſpenſare Unde dixit beat⁹ lau
rentius beato Sixto. Nunquid de
generem me probaſti. cui commiſi
ſti dominici ſanguinis diſpenſatōe3
Uel ordiatur ad materiam de qua
conficitur prebitero preſentandā et
preparanda3. et ſic eſt ſubdiaconat⁹
cuius eſt hoſtiam et calicem cum vi
no et aqua preparare. Uel ad hu
iuſmodi materiā ad altare aſportādā
⁊ ſic ē accolit⁹. cui⁹ ē pixidē cū hoſti
a ⁊ vrceolos cū vino ⁊ aq̄ ad altar᷑ aſ
portare. vel ordinat᷑ ad diabolū ne
hominē: a ſuſceptione huius ſacra
mēti ipediat e fugādū. et ſic ē exor
ciſta. cui⁹ ē dēones adiurare. vel or
diat᷑ ad dignos admittendu3: ⁊ in
dignos excludēdū. et ſic ē hoſtiari⁹
cuius eſt hoſtium eccleſie cuſtodire.
ne indigni intrent. Uel ordinatur
ad ea que de chriſto i veteri teſtamē
to dicta erant: proponendu3. ⁊ ſic ē
lector. cuius eſt prophetias veteris
teſtamēti in miſſa legere. Et ſic ha
betur ſufficientia ſeptem ordinu3 cō
muniter dictorum. Quidam horū
ordinū vocātur minores. ſ. lectora
tus hoſtiariatus. exorciſtatus. et ac
colitatus. ⁊ iſti dicuntur non ſacri.
Alij autem tres. ſ. ſubdiaconatus.
diaconatus prebiteratus maiores ⁊
ſacri vocantur

### An in quolibet ordine imprīa tur caracter. c. iij.

Cum ſcdm q dictu3
fuit ſupra: cum age
retur de ſacramētis
in gēnerali: caracter
ſit quedā ſpritualis
poteſtas: per quam
recipiens ſacramentum imprimēs
caractere3 poteſt facere vel recipere
aliquid. quod non poteſt facere ille
qui non recepit huiuſmodi ſacramē
tum. et recipiens quēlibet ordinem
poſſet facere aliquid ſpirituale. qd
non poteſt facere ille qui caret ordi
ne illo. ſicut prebiter poteſt cōſecra
re. quod non poteſt facere non pre
biter. ideo in quolibet ordine impri
tur caracter. Et ſi dicas q non or
dinatus poteſt facere ea que ſunt or
dinis. ſicut non accolitus poteſt por
tare ea que ſunt ordinis accoliti: ſic
portare hoſtiam et vrceolos ad alta
re. non valet. q2 ſcdm q dicit᷑ com
muniter id poſſumus qd de iure poſ
ſumus Nullus autem poteſt facere
de iure ea que ſunt ordinis. niſi ſit
ordinatus Notandum autem q ca
racteres omnium ordinū preſuppo
nunt caracterem baptiſmi. Si eni
baptiſmus ſit ianua ⁊ fūdamētū oi3
ſacramentorum. et ſcdm Apoſtolu3
vbi fūdamentum non ē. ſuper edifi
cari non poteſt. nullus niſi baptiza
tus poteſt eſſe capax alicuius ſacra
menti. extra de prebitero non bapti

(c) 2006 Ministerio de Cultura

zato.c.Veniēs. Sed nunquid ca
racter alicuius ordinis preſupponit
caracterez alterius ordinis.i.vtruz
ille q̇ nō eſt ſubdiaconus: poteſt or
dinari in diaconuz vel non diacon⁹
in prebiterum? Dico ꝙ de neceſſita
te caracter vnius ordinis non p̄ſup
ponit caracterem alterius ordinis.
Unde non ſubdiaconus poteſt ordi
nari in diaconum. et non diaconus
in prebiteruz. licet non debeat. imo
de rigore iuris debz deponi ſi ex ma
licia vel ex ignorantia aliquem ordi
nez pretermiſerit. ſed ex licentia E
piſcopi impoſita ei penitentia pro e
o ꝙ ſic ignoranter vel negligenter
medium ordinem pretermiſit: ad or
dinem pretermiſſum poterit promo
ueri. interim tamen a ſuperioris or
dinis executione ſit ſuſpenſus. Et
ideo dicit Gregorius. Ordiate ad
ordines accedendum eſt. nam caſuz
appetit. qui ad ſummi loci faſtigia
poſtpoſitis gradib⁹ querit aſcenſum
di.xlviij. Sicut olim. Extra de cle
rico per ſaltum promoto.c. Unico
Sed nunqd caracter ordinis p̄ſup
ponit caracterez confirmationis vel
tonſuram? Licet Hugo dicat: ꝙ
nullus niſi habeat primam tonſurā
poteſt ordinari in ſacerdotem. ar.xl
di. Sicut: tamen doctores theolo
gi communiter dicūt. ꝙ caracter or
dinis non preſupponit d̄ neceſſitate
primam tonſuram nec confirmatio
nem. imo non confirmatus vel nō
tonſuratus poteſt ordinari. licet nō
debeat fieri. ſicut dictum eſt ſupra.
ꝙ tōſura eſt diſpoſitō ad ordines cō
gruentie tantum. non autem ne
ceſſitatis Notandum autem ſcdm̄ il
los qui ponunt: ꝙ epiſcopatus ē or
do. ꝙ caracter ordinis epiſcopalis p̄
ſupponit caracterem ſacerdotalem.
qz nō ſacerdos nullo modo poteſt
eſſe Epiſcopus. Et iſtud videtur
ſentire illud extra.c.de exceſ. prela
Ex litteris. Ordo enim ſacerdota
lis eſt quaſi ſubſtantiale fundamen
tum ordinis epiſcopalis

In quo actu imprimitur cara
cter in quolibet ordie. .c.iiij.

Viſo ꝙ i quolibz or
dine imprimitur ca
racter. videndum ē
in quo actu iprimit̄
in quolibet ordine.
Et eſt ſciendum ꝙ
cuz in ſacramento ordinis caracter
ſit res et ſacramentum. oportet ꝙ
ad impreſſionē caracteris concurrat
duo. que requirūtur in omni ſacra
mento.ſ.aliquod ſenſibile ſignum.
quod eſt materia ſacramenti. et ali
qua verba determinata. q̄ ſunt for
ma ſacramenti. In actu ergo in q⁹
imprimitur caracter in ſacramento
ordinis. oportet ꝙ ſint iſta duo. et i
ſta ſunt traditio alicuius inſtrumen
ti deputati ad executionem illius or
dinis. et prolatio aliquorum verbo
rum. In ordine ergo ſacerdotij im
primitur caracter ſcdm̄ ſanctuz tho
mam in traditōne calicis cum pane
⁊ vino et prolatione verborum que
tunc dicit Epiſcopus.ſ.accipe pote
ſtatem conſecrandi ⁊c. Alij dicunt
ꝙ in vnctione manuum imprimitur
ſibi caracter. primuz tn̄ reputo ve
ri⁹. In diacono iprimit̄ caract̄ i tra
ditione libri euangeliorum cum ver
bis ad hoc deputatis Subdiacono
imprimitur caracter i traditione ca
licis tamen ſine pane ⁊ vino. per qd̄

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differt a ſacerdote cui traditur cum
pane ⁊ vino . Accolito ĩprimitur
caracter vt quidam dicunt in tradi
tione candelabri. Thomas dicit ꝙ
in traditione vrceoli . ⁊ iſtud reputo
verius. quia vrceolus directius re
ſpicit eucariſtiam ꝙ̃ candelabrum.
Exorciſte imprimitur caracter in
traditione libri exorciſmorum . Le
ctori in traditõne libri lectionum ꝓ
phetarum Hoſtiario in traditione
clauium eccleſie. Ita tamẽ ꝙ i quo
libet ordine dicatur ſimul cum tra
ditione inſtrumenti verba ad hoc d
putata quia ſine verbis nihil fieret
Credo etiam ꝙ non ſufficit ꝙ eps̃
porrigat huiuſmodi inſtrumenta .
imo oportet : ꝙ ordinandus corpo
raliter tangat ea . cum iſtud videan
tur ſonare verba forme que profert
Epiſcopus . duz porrigit huiuſmo
di inſtrumenta . vnde dicit accipe .
Et ideo aduertat circa hec diligent̃
quilibet ordinandus

Que requiruntur in ſuſcipi
ente ordines .c. v

Quoniam ſecunduz
philoſophuz actus
actiuorum ſunt in
patiente diſpoſito i
do vt ordines dign̄
recipiantur eſt ſcien
duz: ꝙ ad hoc ꝙ ordines rite ⁊ legi
time recipiantur: in generali reqrũ
tur quatuor . Primum eſt ſexus d
bitus ſ. ꝙ ſit maſculus. Unde mu
lier nõ poſſet ordinari . nec poſſz ac
cipere caracterem alicuius ordinis
clericalis. vt dicit Ambroſius ſup
epiſtolã ad Timotheum . Et hec
di. xxiij. Mulier. xxxiij. q. i. Muli
erez. extra de ſenten. excõmunica.
de monialibꝯ Ratio aũt quare mu
lier nõ põt recipe caracterez alicuiꝯ
ordinis eſt: qz chriſtus qui fuit inſti
tutor ſacramenti ordinis : nõ ꝓmo
uit aliquaz mulierez ad aliquem ſa
crum ordinez Licet eniz beatiſſima
vgo Maria dignior ⁊ excellentior
fuerit apoſtolis vniuerſis: nõ tamẽ
illi ſed iſtis dominus claues regni
celoruz comiſit . extra de peni. et re
miſ. Noua. Et ſi forte i aliquo ca
pitulo inueniatur mulier vocari di
aconiſſa vel prebiteriſſa : intelligen
duz eſt : ꝙ illa vocabatur diaconiſſa
ſuper quam fundebatur aliqua be
nedictio. ratione cuius conſequeba
tur aliquod beneficium ſpirituale .
forte legẽdi omeliam in matutinis
vel aliquid aliud qđ non licebat ali
is monialibus . Prebitera autẽ ap
pellabatur : que ſecundum morem
primitiue eccleſie erat vxor prebite
ri. vel aliqua vidua curam de rebuſ
eccleſie habens ad iſtar matriſfami
lias vocabatur prebitera . Et ita
exponẽda ſunt omnia capitula que
loquuntur de materia iſta. Secun
dum quod requiritur ẽ etas legitia
Circa quod ſciendũ eſt ꝙ licet do
ctores canonuz faciant multas arẽ
gas circa materiam iſtam. vidimꝯ
tñ oculata fide noſtris temporibus
ad ſacros ordines ꝓmoueri pueros
imberbes. imo etiaz vidimꝯ aliquoſ
ad dignitates ⁊ ꝑſonatus et etiam
ad epiſcopatum et ad cardinalatum
infra tempus taxatuz ad ſubdiaco
natus ſuſceptionem promotos . qđ
quia ex diſpẽſatione fit ſedis apoſto
lice que a ſpiritu ſancto dirigitur .
non debet ab aliquo reꝓbari. Iſtđ

tñ regularit' eſt tenendum : q2 niſi
in fauorē religionis fiat : nullus de
bet promoueri ad ordinē ſubdiaco
natꝰ: niſi cōpleuerit decimūoctauū
annū. nec ad ordinē diaconatꝰ ni
ſi cōpleuerit viceſimū annum. nec
ad ordinē ſacerdotij : niſi attingerit
viceſimumquintū annū. Credo tñ
ꝙ dñi Epi ſi neceſſe fuerit: in hoc
diſpenſare poſſunt. ⁊ diſpēſant quo
tidie. prout exigit eccleſie neceſſitas
que in omnibꝰ iſtis debet attendi.
Tertiū: qd requiritur : eſt morum
honeſtas. Cum enī porte dignita
tū vel ordinū infamibꝰ ⁊ ſuſpectis
patere nō debeant. vt. lxxx. di. dē
extra de iureiurādo. Relatum Su
per oīa requiritur in promouendo
ad ordīes ſeu eccleſiaſticas dignita
tes: ꝙ ſit bone fame et honeſtus in
moribus ⁊ vita. Et cuius conditio
nis debeat eſſe: habetur iuxta auto
ritatē Clemētis Pape. quam po
nit magiſter ſententiarum. Tales eī
decet miniſtros Chriſti eſſe: qui ſep
tiformis gratia ſpiritꝰ ſancti ſint de
cori: et quorū doctrina ⁊ conuerſati
onis forma eadē gr̄a in alijs tranſfū
datur. nec celeſtes margaritas ſpiri
tualiū verborū officiorumq3 diuino
rum ſordide vite pedibꝰ cōculcentur
Et quos mores debeat promouen
dus ad ſacros ordines habere: oſten
dit Apoſtolus in epiſtola ad Timo
theū et in epiſtola ad Titum ita di
cens: Oportet Epiſcopum ſine cri
mine eſſe: vnius vxoris virum ſobri
um. prudentē. pudicum. ornatū.
hoſpitalem. doctorem. nō violentū
non percuſſorem. modeſtum. nō litigi
oſum. non cupidum. non neophitū
domui ſue bene prepoſitum. Et li
cet iſta autoritas videatur intelligi
de Epiſcopo tantū: tñ ſcd̄m Augu
ſtinū et Ambroſium extendenda ē
ad alios ordinādos. di. lxxxiiij. Co
gnoſcamus. Notandum. etiam ꝙ
de ſingulis conditionibus poſitis in
autoritate predicta multa eſſent dicē
da: tamen q2 requirerent magnum
tractatū quaſi ſuperficialiter pertrā
ſeundo pauca dicā. Dicit ergo pri
mo. ſine crimine quod nō intelligē
dum eſt de omni crimine. cū nemo
ſine crimīe viuat. Et vt dicit Hie
ronimus. Res pene cōtra naturā ē
vt aliquis ſine peccato ſit. et ideo i
telligendū ē de crimine enormi vel
mediocri vulgariter notorio. Et no
ta ꝙ exiſtēs in peccato mortali quo
cūq3 ſiue manifeſto ſiue occulto pec
cat mortaliter in recipiēdo ſacros or
dines. ſic i recipiēdo alia ſacramēta
di. xl. Multi. di. xcv. Illud. xi. q.
vij. Audi. Et ideo debet quilibz cō
fiteri anteq3 recipiat ſacros ordines
Secundo dicit: vnius vxoris virū
et iſtud eſt intelligēdum negatiue. i.
nō pluriū. di. lxxxij. Poſuiſti. Nā
ſi intelligeretur affirmatiue: ſequerē
tur ꝙ virgines ⁊ qui nullā habuiſ
ſent vxorem nō poſſent promoueri.
quod eſſet abſurdum. Et loquitur
Apoſtolus ſcd̄m morem primitiue
eccleſie i qua licitum erat ordinatis
habere vnam vxorem. dūmodo ha
buiſſent eā virginē. modo autē nō
eſt licitum. cum votum caſtitatis ſa
cris ordinibus ſit ānexum. De bi
gamis quare nō promouētur ⁊ qd ē
bigamus: ⁊ quot modis contrahit
quoad nūc taceo quia excederet me
tas huius tractatus. Alie conditio
nes ſcilicet ſobrium prudentē ⁊ c̄.
ſatis ſunt note. et ideo de eis nihil
dico Notandū autē: ꝙ de diuerſis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

capitulis ꝺ corpe iuris decretoꝛuꝫ ⁊
decretalium colliguntur alie cōditio
nes que non debent eſſe i ordinando
videlicet ꝙ nō ſit ſolenniter penitēs
non curialis. non ſeruus. ſeu ad ra
tiocinia obligatus non corpore vicia
tus. non de prebitero vel alias illegi
time natus. non adultus in egritu
dine baptizatus. non pegrinus vel
ignotus. non minoris etatis. De
quolibet iſtorum proſequi exigeret
maiorem tractatum: quam preſens
opuſculum expoſtulet. Quartum
quod requiritur: eſt peritia litterarū
vnde ordinandus et promouendus
ad regimen animarum debet habere
noticiam et peritiam ſacre ſcripture
ad animas infoꝛmandas. Et ppt
hoc ſtatutuꝫ eſt vt in eccleſiis metro
politanis teñantur doctores theolo
gie. ⁊ ꝙ clerici exeuntes prouinciaꝫ
ad audienduꝫ theologiam percipiāt
integre ſtipendia ſua. et ſi nō ſuffici
āt eis eccleſia debꝫ eis neceſſaria mi
niſtrare. extra de magiſtris. Quia
nonnulli. Debent habere etiam pi
tiam ſecularū. et hꝰ ad eruditioneꝫ
vt poſſint diſcernere verum a falſo.
et p eas habere adituꝫ ad theologiā
ideo ſtatutū eſt: vt teneantur magi
ſtri liberalium artium in ſingulis ec
cleſiis cathedralibus ⁊ in aliȷs q̄ruꝫ
poſſunt ſufficere facultates qui earū
dem eccleſiarum clericos ⁊ alios ſco
lares pauperes gratis inſtruāt. pro
pter quod aliqͦd competens benefici
um magiſtro in eccleſia aſſignet. ex
tra. c. preallegato. ⁊ intelligo de ſci
ētiȷs triuialibꝰ. ſ. gramatica logica
et rhetorica. et maxime de gramati
ca. quia quadriuiales ſcientie ſcilicꝫ
ariſmētica geometria muſica ⁊ aſtro
nomia parum aut nihil faciunt ad
ſciētias pietatis. vt ait Hieroni.
di. xxxvij. Siquis gramaticam.
De hoc. ſ. quam ſcientiā debent ſa
cerdotes habere require ſupra in p
hemio huius libelli. Et licet multa
alia circa materiam ſacramenti oꝛdi
nis poſſent dici: tamen iſta ſufficiāt
ad hoc qͦd preſens libellꝰ expoſtulat

Tractatus ſeptimus prime par
tis de extrema vnctione.

Nunc ꝺ ſacramento
extremē vnctionis di
cenduꝫ eſt: circa qͦd
conſideranda ſunt
ſeptem. Primo qͦd
eſt eius materia.
Secundo que eſt foꝛma eius. Ter
tio quis eſt eius miniſter. Quarto
quid ē eius effectꝰ. Quinto quibꝰ
debet dari. Sexto in quibus parti
bus coꝛporis debet fieri. Septimo
vtrum debeat iterari.

De materia huius ſacramenti. c. i.

Materia extremē vncti
onis eſt oleum oliua
rum ab Epō bene
dictum. Et ratio q̄
re oleum oliuarum
eſt materia huius ſa
cramenti eſt inſtitutio Chriſti. qui
iſtituit iſtud ſacramentum fieri i ole
o. quando apoſtolos miſit vngere in
firmos et ſanare eos. Et huic con
coꝛdat promulgatio beati Jacobi.
qui dicit: infirmatur quis in vobis
inducat prebiteros eccleſie. ⁊ orent
ſup eum vngentes eum oleo ſancto
Et eſt ſciendum: ꝙ quando i ſcrip
turis inuenitur ſimpliciter oleū: in



(c) 2006 Ministerio de Cultura

telligi debet de oleo oliuarum. quia
illud eſt ſimpliciter oleum. alia autẽ
non ſed fuerunt inuenta illa proptẽ
defectum iſtius. ſicut oleum nucuꝫ
et oleuꝫ lini ⁊ ſimilia. vel propter a
liquam medicinaꝫ. ſicut oleum ami
gdalarum vel oleum laterinum et ſi
milia. Ratio autem congruentie q̃
re tale oleum eſt materia hui⁹ ſacra
menti: eſt iſta: quia proprietas iſti⁹
olei maxime conuenit iſti ſacramẽto
et eius effectui. Eſt enim oleum mi
tigatiuũ doloris. ideo ponitur ĩ vul
neribus vnde ille ſamaritanus infũ
dit oleum in vulneribus ſauciati vt
dicitur in Luca. ſed effectus iſti⁹ ſa
cramenti eſt mitigare dolorem ſpiri
tualem ⁊ corporaleꝫ. vt dicetur ĩfra
q̃n̄o agetur de effectu iſtius ſacramẽ
ti quare oleum oliuarum eſt materia
propria iſtius ſacramenti Notãduꝫ
autem: ꝙ ad hoc ꝙ oleum ſit ꝓpria
et conueniens materia iſti⁹ ſacramẽ
ti oportet ꝙ ſit primo ab Epiſcopo
bñdictum. Et iſtud innuit beatus
Jacobus. quando dixit: vngentes
eũ oleo ſcõ. i. oleo ſanctificato Ra
tio huius quare. ſ. oportꝫ: ꝙ ſit ſan
ctificatum: poſita eſt ſupra in tracta
tu de confirmatione capitulo. ij. vi
deas ibi.

## De forma extreme vnctionis. c. ij.

Forma iſti⁹ ſacramẽ
ti ſunt verba q̃ dicit
ſacerdos quãdo vn
git infirmum ſcilicꝫ
per iſtaꝫ ſanctaꝫ vn
ctionem et ſuaꝫ piiſ
ſimam miſericordiam indulgeat tibi
deus: quidquid peccaſti per viſuꝫ ꝑ
auditum ⁊ c̃. Et ita in iſta forma
tangitur virtus iſtius ſacramenti. d
qua virtute dicetur infra. quãdo dic
tur de eius effectu. Et eſt ſciendum
ꝙ differentia eſt inter formas alioꝝ
ſacramentorum et iſtius. q: forme
aliorum ſunt indicatiue. vt patet di
ſcurrendo ꝑ ſingulas. ſed forma iſti
us ſacramenti eſt optatiua vt patet
inſpicienti. Notandum autem ꝙ in
miſſali ambroſiano inuenitur iſta for
ma: Vngo oculos tuos ⁊ aures tu
as ⁊ c̃. et per iſtam ſanctam vnctio
nem ⁊ c̃. De hoc aũt non eſt curan
dum ẽ. ſed forma q̃ vtitur romana
eccleſia eſt obſeruanda. Si autem
aliquis querat: quare in forma iſti⁹
ſacr̃i romana eccleſia magis vtitur
verbo optatiuo q̃ꝫ in aliis formis:
dicenduꝫ ꝙ iſtud eſt: quia vt dicetur
infra iſtud ſacramentuꝫ nõ debet da
ri niſi propinquis morti. quia iam
ſunt in receſſu. et ideo ſicut moris ẽ
ꝙ illis qui ſunt in receſſu optatur ſa
lus: ita eccleſia ĩ forma iſta optat ſa
lutem recedentibus ex hac vita.

## De miniſtro hui⁹ ſacramenti. c. iij.

Miniſter huius ſacra
menti eſt prebiter ⁊
non alius vnde nul
lus niſi prebiter po
teſt miniſtrare iſtud
ſacramentum. Et
iſtud patet ex inducta autoritate be
ati Jacobi. Infirmatur quis in vo
bis inducat prebiteros eccleſie ⁊ c̃.
Ratio autem quare ſolus prebiter ẽ
miniſter huius ſacramenti eſt q: ille
qui habet diſpenſare ſacramẽta cor
poris chriſti miſtici: oportet ꝙ habe
at poteſtateꝫ ſuper corpus Chriſti
verum. ſed iſte eſt ſolus prebiter. q̃
re ſol⁹ prebit̃ habet miniſtrare ſacra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mentum extreme vnctiōis. nec eſt in
ſtantia de baptiſmo . quia baptiſm⁹
eſt ſacramentum maxime neceſſi
tatis. Jdeo oportet ꝙ habeat mini
ſtrum maxime cōmunem vide ꝺ hoc
ſupra de baptiſmo. c. iij . Utrū aūt
oporteat: ꝙ ſint plures prebiteri vel
ſufficiat vnus: videtur ex autorita
te allegata ꝙ debeant eſſe plures. qꝛ
dicitur prebiteros in plurali . Tho
mas in quarto ſuo videtur dicere ꝙ
ſi non poſſint haberi plures. ſufficit
vnus cū miniſtris. ita tamen ꝙ ſēꝑ
vnus debꝫ inūgere . et dicere verba
et ſi ante ꝗꝫ perfecerit moriatur. vel
aliter impediatur. alius debet perfi
cere illud qḋ remanet perficiendū
.

De effectu ſacramenti extreme
vnctionis .c. iiij.

Istius ſacramēti effe
ctus eſt iſte. Sicut
enim eſt in infirmi
tate corporali : ita
ſuo modo debet eſſe
ꝛ ē ī infirmitate ſpi
rituali . Jn infirmitate autē corpo
rali ſic eſt: ꝙ poſito ꝙ aliqͣs ſit cura
tus ab infirmitate adhuc remanet
in eo quedā debilitas corporalis ꝓ
ueniēs ex priſtina infirmitate. Jdō
indiget duplici medicina . vna q̄ ſit
egritudinis ſanatiua: et alia que ſit
debilitatis: que remanet reparatiua
ſic eſt ſpiritualiter Jnfirmitas ſpiri
tualis ē peccatū. vnde pſalmiſta in
perſona peccatoris dicit : Miſerere
mei domine. quoniā infirmus ſū
ꝛc̄ . Medicina ſanatiua iſtius infir
mitatis eſt penitentia . ſed poſtquā
hō ſanatus ē ab iſta infirmitate : ad
huc remanet in eo quedā debilitas
ſpiritualis. Et cōtra iſtā debilitatē
ordinatur iſtud ſacramentū Unde
effectus iſtius ſacramenti eſt ſanatio
iſtius debilitatis ſpiritualis. Et eti
am alius effectus. quia per ipm veni
alia peccata ꝛ oblita mortalia remit
tuntur. ꝛ gratia habita augetur: vel
noua confertur. Eſt etiam ali⁹ effe
ctus qui ſi ſit expediens anime ſuſci
pientis: ſanitas corporis ſibi reſtitu
itur virtute iſtius ſacramenti. Unō
verſus Jn extremis vngor: vt mihi
gratia maior . Et morbus leuior:
et ſit mihi pena minor . Probātur
omnia iſta per autoritatem inductā
. ſ. Jnfirmatur quis in vobis: indu
cat prebiteros eccleſie. et orent ſuꝑ
eum vngentes eum oleo ſancto . et
alleuiabit eum dn̄s a langoribus. ꝛ
ſi in peccatis ſit dimittentur ei

Quibus debet dari extrema vnctio
.c. v.

Ex p̄dicta autoritate
colligitur ꝙ iſtud ſa
cramentum non dꝫ
dari niſi infirmis .
quia dicitur infirma
tur quis. nō aūt dꝫ
dari quibuſcūqꝫ infirmis. ſed ſolum
illis qui ſunt in periculo mortis. et
ſunt propinqui morti. qui cū deuo
tione ante petiuerant iſtud ſacramē
tum. poſito etiam ꝙ ſint frenetici .
cum eī iſtud ſacramentum ſit ſacra
mentum exeuntium: non debet dari
niſi exeuntibus. vel illis qui ſunt ꝑ
ꝑati ad exitum ab hac vita. nec debꝫ
dari pīīs pueris. nec etiam aliis cō
tentis in his verſibus. Nullus inū
gatur: niſi qui ſe poſtulat vngi. ver
bis aut ſignis. aut nutib⁹ indicijſqꝫ
nō vngend⁹ furioſus maior nec pu
.c. iij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## In quibus partibus corporis debz homo vngi .c.vi.

Quia purgata materia medecina debet applicari ꝑticule patienti: ideo materia peccati purgata per penitentiaz iſtud ſacramentū quod eſt medicina vt dcm̄ eſt contra debilitatem derelictaz ex peccato: debz applicari mēbris que ſunt organa ſenſuum .ꝑ quos morbus in animā intrat. vnde in ſacramento iſto debent inungi oculi. aures os nares man⁹ pedes ⁊ renes. Ita ꝙ ad oculos dicat̄ ꝑ iſtaz ſanctā vnctionem ⁊ ſuam piiſſimaz miſericordiaz indulgeat tibi deus quicqd peccaſti per viſum ꝑ aures per auditū ad os ꝑ guſtum. ad nares. ꝑ odoratum. ad manus: per tactum ad pedes per greſſum. ad renes vel pect⁹ ꝑ ardorem libidinis ⁊ č. Sed quid fiet de ceco a natiuitate qui non peccauit per viſum. vel de ſurdo a natiuitate qui non peccauit per auditū vel etiam de claudo qui non pccauit per greſſum. debet inungi i iſtis mēbris: Dico ꝙ ſic. quia cecus licz nō peccauerit videndo: tamen pccauit forte inordinate viſum appetendo. et idem dico de ſurdo et de claudo. Eſto etiam: ꝙ aliquis non haberet oculos vel alia mēbra: i quibus fit vnctio: debet tamen inungi in locis circūuicinis propter rationem iaz dictam.

## Utrum extrema vnctio debeat iterari .c.vii.

Cum i iſto ſacramēto non imprimatur caracter: manifeſtū eſt ꝙ poteſt iterari. cuz hō poſſit multotiens ad mortem infirmari Utrum autem in eadem infirmitate poſſit multotiens inungi: Dico ꝙ infirmitatuz quedam ſunt breuis terminationis ſicut ſinochea vel ſinochos vel cauſon. et ſic ð alijs infirmitatibus. ⁊ in talibus nō debet iſtud ſacramentū reiterari. tn̄ ſi recidiuaret aliquis cum recidiuuz ſit alia infirmitas a prima: in recidiuo poſſet iterato inungi. Alie ſunt īfirmitates diuturne ſic ptiſis febris ethica et ſic de alijs: que durant per annum vel plus. ⁊ ſic cuz in talib⁹ infirmitatibus poſſit homo multotiens venire ad pūctum mortis: in talibus poteſt iſtud ſacramentuz iterari. Iſta eſt ſentētia Thome in quarto ſuo. Dicit tamē: ꝙ ſi inueniatur ſententia alicuius doctoris in cōtrariuz nō contemnat eaz. Illud aūt quod dicunt quidā: ꝙ ille qui vnct⁹ fuit: ſi curetur: non debet ſe poſtea balneare vere eſt quedam fatuitas. quia ſequeretur ꝙ Epiſcopus cui⁹ caput fuit inunctum chriſmate. nō deberet lauare caput. cuz eius vnctio ſit dignior iſta. tamen quando infirmus inungitur debet eſſe ibi aliqs miniſter: qui cuz ſtupa tergat locuz vnctōis. et p⁹ea ſtupa illa dz cōburi

Sequitur tractatus octau⁹ ꝑme ptis ꝑncipalis.

Expedito cū dei adiutorio tractatu de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſacramentis que generant vegetant
nutriunt promouent ⁊ reparant ho
minez in vita ſpirituali reſtat tractā
dum de ſacramēto. quod hominem
producit. ⁊ generat ī eſſe et vita cor
porali .ſ. de ſacramēto matrimonij
Quia vero libellus iſte inuentus ē
ꝑpt ſimplices ꝗ nō ſunt multū ī iurē
prouecti allegationes que multorū
iuriū tam de iure canonico ꝗ̄ʒ de iurē
ciuili ī iſta materia pluſꝗ̄ʒ ī alijs pre
cedentibus adducuntur ſimplicibuſ
et minus prouectis confuſionem ī
ducant. idcirco ab huiuſmodi all e
gationibus quantum potero abſtine
bo. cum ſimplices huiuſmodi alle
gationes nec legere nec intelligere
ſcirent. Quoniam autem ſcd̄m phi
loſophū ſicut diſpoſitio precedit for
maʒ ſic ſponſalia precedūt matrimo
nium. ideo de ſponſalibus primo eſt
agendum. circa que conſiderāda ſūt
quinqʒ. Primo quid ſint ſponſalia
et vnde dicātur. Secundo qualiť
contrahātur. Tertio in qua etate
debent contrahi. Quarto quid ſit
effectus ſponſalium. Quinto in ꝗ
bus caſibus diſſoluantur.

Quid ſint ſponſalia .c.i

SPōſalia ſūt futura
rum nuptiaruʒ pro
miſſio. Ex qua diffi
nitione que cōmūiſ
eſt canoniſtis ⁊ legi
ſtis patet: ꝙ ſponſa
lia debent precedere matrimonium.
ſicut preſens precedit futurum. Di
cuntur autē ſponſalia a ſpōdeo ſpō
des. quod ideʒ eſt quod promitto ꝓ
mittis.

Quot modis cōtrahunť ſponſalia .c.ij.

COntrahuntur ſpō
ſalia ꝗ̄tuor modis.
Uno m° nuda pro
miſſione. ſicut quā
do dicitur accipam
te in vxoreʒ. et acci
piam te in virum. Alio modo datis
arris ſponſalicij .ſ. pecunia vel aliꝗ
bus alijs rebus. Alio modo anuli
ſubarratione. ⁊ iſtud vulgariter dici
tur deſponſatio. ſed propria ſubarra
tio nūcupatur. Alio modo interue
niente iuramento ita tamen ꝙ ſem
per ſint verba de futuro. vt dictum
eſt. quia ſi eſſent verba de preſenti:
iam non eſſent ſponſalia: ſed matri
monium

Qua etate poſſunt con
trahi ſponſalia .c.iij.

QUoniā p⁹ ſeptēniū
.i. etatē ſeptē ānoꝝ
tā pueri ꝗ̄ʒ puelle ī
cipiūt habere diſcre
tionem: que requiri
tur in ſponſalibus
cōtrahēdis: ido poſt ſeptēniū poſſūt
cōtrahi ſponſalia. Si vero ante ſep
tenniū ipſi vel parentes ipoꝝ noīe e
oruʒ cōtrahūt ſpōſalia: nihil agunt
niſi cū venerit ad ſeptēniū: incipiat
eis placere extūc valēt ita ꝙ licʒ ſpō
ſus nō cognoſcat eaʒ corporaliter.
Conſanguineā tamē eius non pote
rit habere ī vxorē. nec ecōuerſo Et
nota ꝙ etas cōtrahēdi matrimoniū
apta in puella eſt duodeciʒ annoruʒ
in puero. xiiij. et ſi ante contrahūt:
nō eſt matrimoniuʒ. ſed ſpōſalia tā
tum. niſi fuerint ita etati nubili pro
pinqui ꝙ poſſint carnaliť cōmiſceri:
.c.iiij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tunc bene valēt. cum tūc malicia vi deatur ſupplere etatem.

Quid ſit effect⁹ ſpōſaliu3 .c.iiij.

Sponſali a contrahunt duobus modis. q2 qñq3 contrahunt ſub cōditiōe: quādoq3 pure. Si contrahantur ſub conditiōe appoſita: hoc poteſt eſſe multis modis. Quoniam aut conditio appoſita eſt poſſibilis: aut impoſſibilis aut neceſſaria. Si ſit impoſſibilis: puta quia dixit contrahā tecū ſi tetigeris digito celu3: Aut ſi ſit neceſſaria. puta ſi dixerit: contrahā tecū ſi ſol oriatur cras: debent haberi pro non adiectis. i. nō appoſitis. Si aūt cōditio ſit poſſibilis: aut eſt honeſta: aut inhoneſta. ſi ſit honeſta puta q2 dixit: contrahā tecum ſi pater meus voluerit. vel ſi dederis mihi centu3 ducatos: nō tenetur matrimonium conſumari: niſi conditio ſit impleta etiam ſi cōtrahendo ſponſalia fuerit appoſitu3 iuramētu3. ⁊ iſtud intellige niſi carnalis copula fuerit ſubſequuta inter eos: quia tūc dicitur eē veru3 matrimoniu3 inter eos quia videtur a conditiōe appoſita receſſiſſe. Si vo cōditio ſit inhoneſta ⁊ ſit cōtra naturā et ſubſtantiā matrimonij puta quia dicit contraham tecu3 ſi procures tibi venena ſterilitatis: vel ſi pro pecunia tradas te ad adulterandū vel donec inueniā3 aliā pulchriorē: iſta cōditio viciat contractu3 ita ꝙ nō ſunt ſpōſalia nec matrimoniū. Si vero conditio ſit inhoneſta ſed nō contra natura3 matrimonij: puta: q2 dixit: contrahā tecu3 ſi hominem interfeceris. vel ſi furtum feceris et ſic ſimilia ꝑ non adiectis debēt haberi ⁊ eſt abijcienda et tenent ſponſalia. Notandum tamē ꝙ licet dictu3 ſit ꝙ ſponſalia poſſunt contrahi ſub conditione promiſſe pecunie. non tamē poteſt promitti pecunia i modū pene et ſi promiſſa fuerit non tenēt promiſſio pene. nec poteſt peti. vt ſi dicatur ſic niſi contraxero tecū non dabo tibi cētum marchas argēti non ei3 valet adiectio pene cum libera debeāt eē coniugia. ff. de. ver. obli. capi. de ſponſa. l. Ultra. Si autē contrahantur ſponſalia pure et ſine conditione et ſint ambo ad matrimoniu3 contrahendu3 apti. ſi in ſponſalib⁹ interueniat iuramentum compellendi ſunt ꝑ excommunicationem conſumare matrimoniu3. niſi forte timeatur de vxoricidio vel aliquo alio periculo. Sed ſi alter eoru3 contraxerit cum alio ꝑ verba de preſenti: iniūgetur ei penitētia de ꝑiurio et fide mentita. et abſoluatur ab excommunicatione. Si aūt non interuenerit iuramentu3: monendi ſunt conſumare matrimonium non cogēdi. q2 inuite nuptie malos conſueuerunt habere prouentus. Si autem neuter eſt in etate nubili: tenētur expectare donec perueniant ad annos etatis ad legitime matrimonium contrahendum. Et idem dico ſi vnus eſt in etate legitima et alter non. quia ille qui eſt in etate nubili: debet alium expectare. Uel ſi ſe mutuo abſoluerint: poterint iudicio eccleſie ſeparari.

In quibus caſibus diſſoluuntur ſponſalia .c.v.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ex quo ſponſalia ſe
mel contracta ſunt:
ſemper ligata ſunt.
ita ꝙ ſi contrahant
ſponſalia poſtmodū
cum alia ſet non eſt
proceſſum ad carnalez copulam: cō
pellendus eſt redire ad primam. ſi
vero cognouerit carnaliter ſecundā
cum iam matrimonium dicatur: de
bet remanere cum ſecunda. et nō re
dire ad primam. Soluuntur autez
ſponſalia in octo caſibus. Primus
eſt: ſi alter eorum vult tranire ad re
ligionem. quod poteſt facere altero
inuito. etiam ſi fuerit matrimoniuz
per verba de preſenti contractum.
dummodo non fuerit per carnalem
copulam conſumatum. et ille qui re
manet in ſeculo: ē abſolut⁹ a vincu
lo ſponſalium. et hoc quando alter
fuerit profeſſus in religione illa. ex
tra de conuer. cōiug. c. Ex publico
extra de ſpon. duo. Secundus eſt:
quando ſponſus non inuenitur. qui
a tranſtulit ſe ad aliam regionem.
recepta tamē prius penitentia de ꝑ
iurio vel fide non ſeruata. ſi per eā
ſteterit: quominus matrimoniuz fu
erit conſumatum. extra de ſpon. c.
Illis. Tertius eſt ſi alter ipſorum
poſt contracta ſponſalia incurrit le
pram vel paraliſiz. aut oculos aut
pedes aut manus amiſit. ſeu quicqȝ
ei tpi⁹ euēit. extra de cōiugio lepſo
.c. Litteras. et de iureiurando .c.
Quemadmodum. Quartus ſi ſu
perueniat affinitas Puta quia ſpō
ſus cognouit conſanguineaz ſponſe
vel econuerſo. Et ad hoc probādū
ſufficit ſola fama. extra de ſponſa.
.c. Preterea. Quintus ſi mutuo
ſe abſoluunt. Quidam tamen non
recipiunt iſtum caſum. vnde dicunt
ꝙ illa decretalis extra ď ſpōſa. Pre
terea: non eſt decretalis. vel loquit
de permiſſione comparatiua. Sex
tus: ſi alter ipſorum fuerit fornica
tus. De iureiurando c. Quemad
modum. Septimus quando ſpon
ſus de facto cum alia vel ſponſa cū
alio contrahit per verba de preſenti
vel per verba de futuro. et ſequitur
carnalis copula. tūc ſoluuntur pria
ſponſalia propter maius vinculum
ſuperueniens ſed ďbet agere penitē
tiam ď fide vel promiſſione mentita
extra de ſponſal. c. Conſuluit. ⁊ de
ſponſ. duorū. c. Tua nos Octau⁹
quando minor venit ad etatem legi
timam et petit ſe abſolui a vinculo
ſponſalium. et dari ſibi licentiaz nu
bendi alij. de deſpon. in pub. c. De
illis ⁊. c. Tua nos. Et nota ꝙ om
nes iſti caſus preter primū: quādo
.ſ. vult tranſire ad religionez: intel
ligendi ſunt de ſponſalib⁹ de futuro
que ꝓprie dicuntur ſponſalia. No
ta etiaz ꝙ in duobus caſibus de pre
dictis ipſo iure ſoluuntur ſponſalia
.ſ. quando intrat regionem et qn̄o
contrahit matrimonium cuz altero
vel altera. In ceteris vero caſibus
ſoluenda ſunt per iudicium eccleſie

## De matrimonio

Oſtqȝ dictum eſt de
ſponſalib⁹ dicēdum
ē de matrimonio cir
ca qď conſiderāda
ſūt octo Primo qd
ē matrimoniū ⁊ vn̄ dicat. Scďo q̄
liter cōtrahit matrimonium. Ter
tio quando et vbi ⁊ quibus verbis
fuit matrimoniuz inſtitutū Quar

(c) 2006 Ministerio de Cultura

to que fuit cauſa inſtitutõis matrimonij. Quinto qui poſſunt contrahere matrimoniũ. Sexto quot modis dicitur matrimonium. Septio quot ſunt bona matrimonij. Octauo que impediunt matrimonium.

### Quid eſt matrimonium et vnde dicatur .c.i.

Matrimonium a doctoribus diffinitur ſic. Matrimoniũ eſt viri et mulieris coniunctio indiuiduam vite conſuetudinem retinens. Non dicit viri et mulierum vel virorum et mulieris quia nec vnus vir plures mulieres nec vna mulier plures viros habere poteſt. Dicit indiuiduam vite ⁊c. hoc eſt quia neuter abſq; cõſenſu alterius poteſt continentiã profiteri. vel ordinẽ iurare. vel oratione vacare. et ꝙ inter eos du᷑ viuunt: vinculum permanet coniugale. Aliter diffinitur ſic. Matrimonium eſt viri et femine coniunctio conſortium communis vite diuini ⁊ humani iuris communicatio. Dicitur autem matrimonium de mater matris. et munio munis. vnde matrimonium quaſi matris munium. i. officium. quia dat mulieribus eſſe matres. et ideo magis dẽominat᷑ a matre ꝙ̃ a patre. q2 eius officium magis apparet in matrimonio: ꝙ̃ officium viri

### Qualiter contrahatur matrimonium .c.ij.

Solo conſenſu contrahit᷑ matrimonium. qui ſolus ſi deſit: cetera etiã cũ ipſo coitu celebrata fruſtrãtur. Ex quo enim vir per verba de preſenti conſentit maritali effectu in mulierẽ et mulier in virum. ſiue verbis conſuetis dicit: accipio te in meã. et illa reſpondet: accipio te in meum. vel ſic volo de cetero te habere in vxorem. et illa reſpondet volo de cetero te habere in virum. vel quibuſcunq; verbis vel ſignis exprimatur conſenſus: ſtatim eſt matrimonium. Et dico ſignis: quia ſurdus et mutus poſſunt contrahe᷑ matrimonium. veruntamen ſi loqui poſſent contrahentes: verba ſunt neceſſaria quantum ad eccleſiam conſenſum mutuum continentia vel exprimentia.

### Quando et vbi ſit inſtitutum matrimonium .c.iij.

In paradiſo terreſtri fuit inſtitutum matrimonium et etiã ante peccatũ. Quibus autẽ verbis fuit inſtitutum: dicũt aliqui ꝙ illis. ſ. Creſcite ⁊ multiplicamini et replete terram. Sed non credo iſtud eſſe verum. fuerunt enim illa verba potius benedictio nubentium. Unde dico ꝙ verbis Ade ꝓphetico ore prolatis fuit inſtitutum matrimonium. cum dixit Hoc nũc os ex oſſibus meis. ⁊ caro de carne mea. Et propter hoc dimittet homo patrem et matrem. et adherebit vxori ſue. ⁊ erunt duo in carne vna. Uide de hoc ſupra de ſacramentis in generali capitulo primo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

### Que fuit cauſa inſtitutio-
### onis matrimonij c. iiij.

H Ec ſunt cauſe pri
cipales matrimõij.
licz ſint multe ſcda
rie Pricipalis cau
ſa ⁊ prima eſt ſuſce
ptio ſobolis. Et p
pter hanc cauſam inſtituit deus ma
trimoniuz in paradiſo ante peccatũ
inter primos parentes. quibus di
xit. Creſcite et multiplicamini ⁊ c.
Secunda cauſa eſt vitatio fornica
tionis. Et iſta cauſa habuit locum
poſt peccatum. Unde de iſta dicit a
poſtolus. Propter fornicationez v
nuſquiſqz vxorem ſuã habeat. et v
naqueqz ſuum virum. Cauſe ſecũ
darie ſunt multe. ſ. pacis reformati
o. vxoris pulchritudo. et diuitie. et
ſimilia. Ita tamen ꝙ intentio prin
cipalis illoruz qui contrahunt non
feratur ad iſta ſed ad prima duo.

### Qui poſſunt contrahere
### matrimonium .c. v

O Mnis homo q̇ po
teſt conſentire in cõ
iugalem effectum ⁊
carnalem copulam
exercere: niſi expreſ
ſe prohibeatur: po
teſt contrahere ma
trimoniuz. Dico qui conſentire po
teſt: quoniaz licet puer infra etatem
legitimã cõſtitut⁹. hoc ẽ infra. xiiij.
annos et puella infra. xij. dicat ver
ba apta ad matrimonium contrahẽ
dum. tamen quia conſentire nõ po
teſt: nullum eſt matrimonium. Si
militer licet ille qui inſanus eſt vel
furioſus: dicat illa verba. nõ con
trahit matrimoniuz. quia conſenti
re non poteſt. Et hoc verum eſt: qz
diu eſt in furore conſtitutus. qm̃ ſi
aliquãdo habet lucida interualla. i.
aliquãdo redit ad ſanam mentez: et
nubere poteſt et teſtari et oĩa que
alij poſſunt: poteſt et ipſe. vt ha
betur. ca. de codecillis. vij. q. pͥma
Quamuis triſte. Dixi etiaz: carna
lez copulam exercere ⁊ ideo ille q̇ ca
ret vtroqz teſticulo. vel eſt frigidus
naturaliter contrahere non poteſt.
Dixi etiam. niſi expꝛ̃ſſe prohibeatur
quia edictuz de matrimonio contra
hendo eſt prohibitorium. i. omnis
qui nõ prohibetur admittitur et cõ
trahere poteſt. Prohibẽtur eniz alii
qui propter votum propter ordinez
et ita de alijs impedimentis. de qui
bus dicetur infra. Et nota ꝙ ma
trimoniuz cõtrahi poteſt inter abſen
tes p procuratorem. ſicut fuit factũ
inter dominum Regem Aragonie
et dominam Regina. qui nũc ſunt

### Quot modis dicitur matrimoniuz
### .c. vi.

M Atrimoniũ dicitur
multis modis. Nã
matrimoniuz aliud
legitimũ aliud clan
deſtinũ. Matrimo
nium legitimum eſt
quando ab his qui ſuper feminã po
teſtatem habent vxor petitur. ⁊ a pa
rentibus deſponſat̃ ⁊ legib⁹ dotatur
et a ſacerdotib⁹ vt moris ẽ benedici
tur. a paranimphis cuſtodit̃ ⁊ ſolẽnit̃
accipit̃. Nõ tñ intelligas quin ſine
ſolennitatibus iſtis poſſet eſſe veruz
matrimonium. ſed ſicut eſt in alijs
ſacramentis. quedam ſunt de neceſ
ſitate ſacramenti: quedam de ſolen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitate tantum. ita in matrimonio q̄
dam ſunt pertinentia ad ſubſtantiā
matrimonij. ſicut conſenſus per ver
ba de preſenti expreſſus. et iſte ſolus
facit matrimoniū. quedam ſunt ibi
ad ſolennitatem ⁊ decorem. ſicut ſo
lennitates predicte. ſine quibus eſt
verum et legitimum matrimonium
quantum ad virtutem. licet quātuꝫ
ad honeſtatem non. Clādeſtinum
matrimoniuꝫ eſt quando fit ſine ſo
lēnitatibus predictis. Et qui ſic cō
trahunt: exponūt ſe magno pericu
lo. poſſet enim alter alteruꝫ dimitte
re: quando vellet. et de facto cum a
lia vel cum alio contrahere. et ſic ī
adulterio manere. Unde talib⁹ con
ſulendum eſt in foro penitentie: vt
de nouo in facie eccleſie contrahant
Item matrimonium aliud eſt inicia
tum: aliud eſt conſumatum. Inicia
tum per verba de preſenti. perfectū
ſiue conſumatum per carnaleꝫ copu
lam Notanduꝫ tamen: ꝙ matrimo
niuꝫ poteſt eſſe perfectū duobus mo
dis. vno modo ſanctitate. alio mo
do ſignificatione. Matrimonium
ergo poteſt eſſe perfectuꝫ ſanctitate
ante carnalem copulam Unde Au
guſtin⁹ ſcribēs ad quādā q̄ ſimul cū
viro ſuo votum cōmiſerat caſtitatis
dicit ſic inter cetera. Non quia pari
ter temperabis a commixtiōe carna
li: ideo maritus tuus eſſe deſiderat.
imo tanto ſanctius coniuges mane
batis: quanto ſanctiora concorditer
placita ſeruabatis Sed matrimoni
um non eſt perfectum ſignificatōne
ante carnalem copulaꝫ. Coniuncti
o enim corporū viri et vxoris ſigni
ficat coniunctioneꝫ nature diuine ⁊
humane in perſona filij dei. Uide
as de hoc ſupra d̄ ſacramentis ī ge
nerali. c. i. Et ſic ſoluit̄ illa queſtio
vtrum inter beatam virginem Ma
riam et Joſeph fuit perfectum ma
trimoniuꝫ. quia fuit perfectum ſan
ctitate. ſed non ſignificatōne Qui
dam dicunt matrimonium iniciatū
per ſponſalia de futuro. ratum per
conſenſuꝫ de preſenti conſumatum
per carnalem copulam Item matri
moniū aliđ legitimū ⁊ nō ratū. aliđ
ratū ⁊ nō legitimū. aliđ ratū ⁊ legi
timū. Matrioniū legitimū ⁊ n̄ ra
tum eſt inter infideles. et dicitur le
gitimuꝫ. quia legali inſtitutione vel
prouincie moribus non contra iuſſi
onem domini contrahitur. ſed non
eſt ratum matrimonium. quia ſine
fide eſt. Auguſtin⁹: nō eſt ratuꝫ cō
iugium quod ſine deo eſt. Ratum
ſed non legitimum eſt: quod inter
legitimas et fideles perſonas eſt. ſꝫ
ſine legitima ſolennitate fit ⁊ cōtra
hitur. Ratum et legitimum matri
moniuꝫ ē inter legitimas perſonas
cum debita ſolennitate contractuꝫ.

## Quot ſunt bona matri monij .c. vij.

Bona matrimonij pri
cipalit̄ ſunt tria. ſ.
fides proles ⁊ ſacra
mentuꝫ. In fide at
tenditur ne poſt vin
culum coniugale cū
alio vel alia coeatur. In prole vt a
metur ſuſcipiatur religioſe educatur
In ſacramento: vt coniugium non
ſeparetur. Et nota: quod prima
duo bona q̄noqꝫ ſūt in matrimonio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quandoqꝫ non. Tertium vero in ſeparabiliter adheret matrimonio.

## De impedimentis matrimonij .c.viij.

Impedimenta matrimonij ſunt .xij. que impediunt matrimonium contrahendum et dirimũt iam contractum: ſi tamen ipſa vel aliquod ipſorum precedant matrimonium. quoniam cõſuetudinem coniugalem excludunt. ſi vero ſequantur matrimoniuꝫ nullum preſtant impedimentum. ſicut patet p̄ iſta exempla. Furioſus non poteſt contrahere matrimonium. tamen ſi poſtq̃ꝫ contraxerit efficiat̃ furioſꝰ: non propter hoc ſoluit̃ matrimonium. Item qui habet teſticulum ſiccum ſectum vel fractum: nõ poteſt contrahere matrimonium. ſi vero poſt contractum matrimoniuꝫ ſiccetur vel ſecetur: non propter hoc ſoluitur matrimonium. et ita ĩtelligendum eſt de alijs impedimentis. que autẽ ſunt impedimenta matrimonij in quatuor verſiculis cõtinentur. Error conditio votum cognatio crimen. Cultus diſparitas vis ordo ligamẽ honeſtas Si ſis affinis ſi forte coire nequibis Hec facienda vetant cõnubia facta retractant. Preter iſta duodecim impedimenta que ipediunt et dirimunt matrimonia ſunt alia duo: que impediunt matrimonium contrahenduꝫ ſed non dirimunt iaꝫ contractuꝫ. ſ. tempus feriarum et interdictum eccleſie. vnde verſus Eccleſie vetitũ necnon tempus feriarum. Impediunt fieri. permittunt facta teneri. Qualiter intelligi debeant dicendũ eſt de vnoquoqꝫ eorum.

## De impedimento erroris.

Numeratis omnibꝰ impedimentis d̄ qꝰlibet eoruꝫ dicendũ eſt. Et primo de ĩpedimento erroris perſone. quia ex ſui natura non ex conſtitutione eccleſie ſicut pleraqꝫ impedimẽta matrimõialem conſenſum excludit. quoniam qui errat: nõ conſentit. ff. de iure oĩiudi. Si per errorem ꝛ errantis voluntas nulla eſt vt. c. de iure ꝛ facti ignorantia. l. Cum p̄ teſtem. et. l. Nõ idcirco Unde ſi mulier vel vir erret in matrimonio contrahendo: nullus eſt conſenſus qui ſolus facit matrimonium. Nota tamen: ꝙ tripliciter poteſt eſſe error circa pſonã vnius ipſiꝰ perſone. vt ſi de Petro credatur: ꝙ ſit Guillermꝰ erratur circa perſonam. Alius eſt error fortune vt ſi de paupe credatur: ꝙ ſit diues. Alius eſt error qualitatis vt ſi de ignobili credatur ꝙ ſit nobilis vel d̄ corrupta ꝙ ſit vgo. Primus error perſone impedit matrimoniuꝫ vt ſi credens contrahere cum Petro contrahat cuꝫ Iohãne. vel credens cõtrahere cum Martha: contrahit cum Maria: nullum eſt matrimoniuꝫ. Error autem qualitatis vel fortune nõ impediunt matrimoniuꝫ. verbi gratia. aliquis cõtrahit cum aliqua credens eſſe filiam Regis vel virginẽ tamen ipſa eſt meretrix vel filia ruſtici: tenet matrimõiũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Uel credit contrahere cuꝫ diuite et contrahit cuꝫ paupere: tenet etiam matrimoniuꝫ. xxviiij. q. i. Nis ita

### De impedimento conditionis

IMpedimentum cõditionis inductũ eſt ab eccleſia i fauorẽ libertatis. Et ḋ hᵒ ſciendũ ẽ: ꝙ ſi mulier contrahit cum ſeruo ſuo ſcienter: vel liber cum ancilla tenet matrimoniuꝫ ⁊ validuꝫ ẽ. Si vero libera contrahit cuꝫ ſeruo ignoranter: quoniaꝫ credit eſſe liberuꝫ: vel liber cum ancilla: nullũ eſt matrimonium inter eos. niſi poſtq̃ꝫ vir cognouit eius conditionem eſſe talem: conſentiat in eam verbo vel facto vel carnali copula. Nota tñ ꝙ error deterioris conditõnis impedit et dirimit matrimonium: nõ autem error paris vel melioris. vt ſi ſeruus contrahit cum ancilla: quã credit eſſe liberã. vel cũ libera quã credit eſſe ancillam. Et ratio eſt: quia non decipitur nec habet: quid obijciat ei. De conditionibus appoſitis in matrionio vide ſupra ḋ ſpõſalibus. c. iiij. quia idem iudicium ẽ ibi et hic.

### De impedimento voti.

CIrca impedimentũ voti nota: ꝙ intelligitur de voto continentie ſiue de voto caſtitatis. Et circa hoc notandum eſt: ꝙ duplex eſt votum continentie: nã qͦdam eſt ſimplex: et qͦdam eſt ſolenne. Uotum ſimplex impedit matrimonium contrahendum ſed non dirimit iam contractum. Uotuꝫ autem ſolẽne impedit contrahendum et dirimit iam contractum. Quod autem votum ſit ſolẽne: licet olim fuerit altercatio inter doctores: tamen hodie eſt declaratum per dominum Bonifacium octauum. extra de voto et voti redẽptione. c. Qd̃ votum. Ubi dicitur: ꝙ votum ſolẽnizatur quantum ad dirimendũ matrimonium duobus modis. Unoᵒ per ſuſceptiõem ſacri ordinis. ſ. ſubdiaconatus vel diaconatus vel preſbiteratus. Alio modo per profeſſionem expreſſam vel tacitam factam alicui de religionibus approbatis. Promoti gᵒ ad ſacros ordĩes vel religioſi nõ poſſunt contrahere matrimonium. Nota penalem conſtitutionem in conſtitutionibus domini Clementis contra religioſos cõtrahentes de facto. ſ. ꝙ ſunt excommunicati et irregulares. nec poteſt cum eis niſi per ſedem apoſtolicam diſpẽſari. vt in clemen. i. ḋ cõſanguini. et affi.

### De impedimento cognatõis.

TRiplex eſt cognatõ quedam carnalis. q̃daꝫ ſpiritualis. quedam legalis. Et p̃mo videndum eſt ḋ cognatione carnali que naturaliter precedit alias. et iſta appellatur cõſanguinitas. Uidẽduꝫ eſt ergo quid eſt cõſanguinitas et vnde dicatur. et qd ẽ linea cõſanguitatis. ⁊ quot ſũt linee. quot ſũt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gradus. et quomodo computantur
et vſqȝ ad quem gradum prohibet
matrimonium. Conſanguinitas ē
vinculum perſonarum ab eadē ſtir
pe deſcendentiū carnali propagati
one contractū. Stirpem dico illā
perſonam: a qua aliqui duxerunt o
riginem. ſicut Adā fuit ſtirps Ca
ym ⁊ Abel et Enoc et filiorum: q̄
ex eis deſcenderūt. Dicitur autē cō
ſanguinitas a con ⁊ ſanguis. quaſi
communem ſanguinem habentes.
vel de vno ſanguine procedentes.
Linea eſt ordinata collectō perſona
rum conſanguinitate coniunctarū
ab eadem ſtirpe deſcendentiū diuer
ſos gradus continens. Linee ſunt
tres ſcilicȝ aſcendentiū deſcendenti
ū et tranſuerſalium. Prima eſt aſ
cendentium. ſ. illorū de quibus tra
ximus originem. ſicut pater mater
auus auia proauꝰ proauia abauus
abauia. Secunda eſt deſcendentiū
ideſt illorum qui duxerunt originē
a nobis. ſic filiꝰ filia nepos neptis
pronepos pronēptis abnepos abne
ptis. Tertia eſt tranſuerſalium ſi
ue collateraliū. i. illorum a quibus
non duximus originē. nec ipi a no
bis. vt frater ſoror filij duorum fra
trum. qui dicuntur fratrēs patrueleſ
vel filij duarum ſororū. qui dicun
tur fratres conſobrini. et eorūdem
filij et nepotes vſqȝ ad quartū gra
dū. Notantˀ iſta. xxxv. q. v. Prio
gradu. Et nota ꝙ due linee deſcen
dentes faciunt vnam tranſuerſalē
vt apparet in hoc exemplo. Filij
duorum fratrum attinent ſibi linea
tranſuerſali. et quilibet eorū recta
linea deſcendit ab auo eorum cōmu
ni. qui fuit ſtirps eorum communiſ
a quo traxerunt originem. et ſic de
omnibus alijs eſt intelligendū tam
remotioribus q̄ȝ propinquioribus.
Nunc videndū eſt: quid ē gradus
Et nota: ꝙ aliter computāt gradꝰ
canoniſte: et aliter legiſte. Nam ſe
cundū canoniſtas due perſone in li
nea tranſuerſali faciunt vnum gra
dum. ſecundum legiſtas quelibet ꝑ
ſona facit vnum gradū. vtputa duo
fratres ſunt ī prio gradu ſcd̄ȝ cano
niſtas. qui ſcd̄ȝ legiſtas ſunt in ſcd̄o
Filij duorum fratrum ſcd̄m canoni
ſtas ſunt in ſecundo gradu. qui ſcd̄ȝ
legiſtas ſunt in quarto. et ſic de ſin
gulis. Sed quia iſtud paruū aut ni
hil facit ad propoſitum: ideo dimit
tatur. et videamus quid eſt gradus
Gradus eſt habitudo diſtantium ꝑ
ſonarū. qua cognoſcitur quota ge
neris diſtātia due ꝑſone īterſe diffe
runt. Gradus ita computatur in
linea aſcedenti. pater ⁊ mater ſunt
in primo gradu. auus auia in ſcd̄o
proauus proauia in tertio abauus
abauia in quarto gradu. In deſcen
denti computatur ſic. filius et filia
ſunt in primo gradu. nepos neptis
in ſecūdo. pronepos proneptis in
tertio. abnepos abneptis in quarto
In tranſuerſali vero linea computa
tur ſic duo fratres ſunt ī primo gra
du. filij duorū fratrum ſunt ī ſecū
do. nepotes eorum ideſt duorū fra
trum in tertio. pronepotes in quar
to. vltra quem gradū nulla cōſan
guinitas hodie protenditur. quan
tum ad impediendum ⁊ dirimēdum
matrimoniū. ſed antiquitus protē
debatur vſqȝ ad ſeptimum gradū
Uidendum eſt ergo qualiter ſcd̄m
iſtā doctrinā cōſanguinitas īueniē
da ⁊ cōputāda ē inter aliquos. Cū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

igitur vis ſcire de aliquibus: puta
Bartholomeo et Bertha quo gra
du conſanguinitatis attineāt ſibi:
accipe aliquem communez parentē
a quo ambo traxerunt originem. V
bi gratia Petrus generauit Jaco
bum et Johānem: qui fuerunt fra
tres: hoc ideo dico: qꝛ ſemper frēs
ponēdi ſunt ī primo gradu: vel fra
ter et ſoror vel due ſorores. procedi
tur ergo in computatione ſic Jaco
bus ⁊ Johannes fuerunt fratres:
qui vt dictum eſt: faciunt primum
gradum. Jacobus generauit An
dream: ecce ſecundus gradus. An
dreas generauit Philipuz: ecce ter
tius gradus. Philipus vero gene
rauit Bartholomeum: ecce quartꝰ
gradus de quo nunc agitur. Mo
do reuertaris ad Johannem. qui
fuit frater Jacobi. et procedas ſic:
Jacobus et Johannes: vt dictum
eſt: fuerunt fratres in primo gradu
Johannes genuit Thomam: ecce
ſecūdus gradus. Thomas genuit
Bertham. de qua nunc agitur. ec
ce tertius gradus. Vides ergo ꝙ
Bartholomeus ⁊ Bertha attinent
ſibi ex vna parte in tertio gradu. ⁊
ex alia in quarto. et hoc loquendo
vſualiter. quia ſcōm veritatem nō
attinent ſibi niſi in quarto gradu.
⁊ ſic non poteſt eſſe matrimoniuz ī
ter eos. Illud idem faciendum eſt
de illis: qui magis vel minus vici
ni ſunt in conſanguinitate. dicēdo
in tali gradu et in tali attinēt ſibi.
Et ꝙ ita computandi ſint gradus
⁊ numerande perſone: colligitur ex
pſſe ex illis duabus decretalibus ex
tra de conſang. Tua nos. et extra
de teſtibus Licet quidam. Sed po
ne due perſone attinent ſibi ex vna
parte in ſecundo vel in tertio gradu
et ex altera in quīto gradu. nunqd
poſſunt contrahere matrimonium ī
ter ſe? Dico ꝙ ſic. quia ſemper ſtan
duz eſt remotiori perſone in conſan
guinitate. extra de conſanguinitate
et affinitate. c. Inter. In hoc eniz
caſu remotior perſona extra metaz
conſanguinitatis exiſtit Unde non
attinent ſibi. ex quo conſanguinitas
non eſt inter eos. quia ſicut antiqꝰ
omnis conſanguinitas terminaba
tur in ſeptimo gradu. ita hodie ter
minatur in quarto. Ex dictis pōt
patere quomodo conſanguinitas in
pedit et dirimit matrimonium vſqꝫ
ad quartuz gradum conſanguinita
tis incluſiue et non vltra.

Sequitur de cognatione ſpituali.

Viſio de cognatione
carnali videndum ē
de cognatione ſpiri
tuali. Unde viden
dum eſt quid eſt co
gnatio ſpiritualis.
Quot ſunt eius ſpecies. Quomo
do impedit matrimoniū. In quibꝰ
ſacramentis contrahatur. Cogna
tio ſpiritualis eſt propinquitas pue
niens ex ſacramenti datione vel ad
id tentione. Verbi gratia ſacerdos
baptizat puerum. tu ſuſcipis eum.
vterqꝫ veſtrum eſt ſpiritualis pater
iſtius pueri. et compater parentum
eius. Species cognationis ſpiritu
alis ſunt tres. Prima dicitur com
paternitas. Et dicitur compaterni
tas a con. quod eſt ſimul. ⁊ paterni
tas quaſi ſimul paternitas vel qua
ſi communis paternitas Nam vnꝰ
cōpater ſemper eſt pater ſpiritualis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pueri et alter carnalis. Alia dicitur paternitas. et iſtud attenditur inter eum: qui ſuſcipitur et illum: qui ſu ſcipit .i. inter puerum et patrinum Alia dicitur fraternitas. que atten ditur inter filium tuum ſpiritualem et inter filios tuos carnales. Uide dum eſt ergo: quid iuris ſit d matri monio talium. Et primo dicenduꝫ eſt de compaternitate. Notandum ergo: ꝙ duplex eſt compaternitas. quia quedam eſt directa. illa .ſ. quã ego contraho per meipm . et iſta im pedit et dirimit matrimoniuꝫ. vt ſi ſuſcipiam ego filium Berthe mulie ris. vel ipſa meum: nunq̃ potero e am habere in vxorem. et ſi accepe ro eam: ſeparandum eſt matrimoni um. Ita dicitur extra de cognatiõe ſpirituali. Ueniens. Alia dicitur compaternitas indirecta ſiue emer gens illa .ſ. quam vnus coniugum poſtq̃ ſunt vna caro effecti: contra hit per actuꝫ alterius. ſicut illa quã contraho per actũ vxoris mee. poſt q̃ eſt a me corporaliter cognita. ſi cut ſi vxor mea filium aliorum ſuſci piat: ambo parentes pueri ſunt cõ patres mei: q̃uis ego eum non ſuſ cipiam. quoniaꝫ communicant ſibi coniuges adinuicem actiones. Et de hoc ponitur exemplum euidentiſ ſimum in quadam decretali extra de cognatione ſpirituali. c. Martinus Ubi dicitur ſic. Martinus duxit Bertham in vxorem. et Lotarius duxit Sebergam. poſtmodum Lo tarius leuauit de ſacro fonte filium Martini et Berthe. deinde mortu us eſt Lotarius ⁊ Bertha. et remã ſerunt martinus et Seberga. cui maritus ſuus Lotarius acquiſierat compaternitatem per filium marti ni. Querebatur vtrũ martinus poſ ſet contrahere matrimonium cuꝫ di cta Seberga. Et reſpondet domi nus Papa ꝙ nullo modo. Et ſic patet ꝙ compaternitas tam directa q̃ indirecta impedit matrimoniuꝫ con trahenduꝫ. et dirimit iam contractũ Modo videnduꝫ ē de paternitate. que attenditur inter ſuſcipientem ⁊ illum qui ſuſcipitur .i. inter patrinũ et filiolam. et inter matrinam et fili olum Et eſt dicendum ꝙ nunq̃ po teſt eſſe matrimonium inter tales. ⁊ ſi contraxerint de facto ſunt ſeparã di. Ultimo videndam eſt de frater nitate ſpirituali. que attẽditur inter filiolum et filiolam ſpirituales. ⁊ fi lios et filias carnales patrini. Et li cet doctores ãtiqui varia dixerint cir ca materiã iſtam firmiter et ſine oĩ dubitatione tenendum eſt. ꝙ omneſ filij duorũ compatrum ſiue ante cõ paternitatem geniti ſiue poſt poſſũt legitime matrimonialiter copulari. excepta illa perſona mediãte qua ꝑ uentum eſt ad compaternitateꝫ. nã illa nunq̃ poteſt copulari matrimo nialiter alicui filioruꝫ ſui patris ſpi ritualis Item nota ꝙ compater lici te poteſt accipere in vxorem filiã cõ pris ſui niſi ſit illa mediãte qua cõ patres ſunt effecti Solet queri vtꝝ aliquis poſſet habere duas comma tres in vxores. vnam. ſ. poſt aliam Ad quod dicendum ꝙ refert vtruꝫ commaternitas precedat matrimõi um vel ſequatur. Si precedat licite poteſt habere duas commatres in v xores. Uerbi gratia maria et Ber tha ſunt commatres. poſtea marti nus contrahit cuꝫ maria. ⁊ eam co gnoſcit. ea mortua poteſt cõtrahere cum Bertha. Et cauſa eſt. quia ꝑ



(c) 2006 Ministerio de Cultura

vnionē carnis ſequentez: non trāſitur ad vnionem ſpiritus precedētez. Si autem commaternitas ſequat̄ matrimonium. ſupple per carnalez copulam conſumatum. tunc diſtingue. quia ſi vxor tua ſuſcipit filium alterius. tunc iſta cuius filius ſuſcipitur: efficitur commater tua per factum vxoris tue. et mortua vxore tua non poteris habere illam in vxorem. Et eandem compaternitatem intelligas acquiri vxori per maritū Si vero filium vxoris tue quem ꝺ viro alio genuit: aliqua mulier ꝺ ſacro fōte leuauerit. vel ad confirmationem coram Epiſcopo tenuerit. ipſa mulier eſt commater vxoris tue et non tua. quia non fuit tibi cōmaternitas acquiſita. Unde mortua vxore tua poteris illaz habere in vxorez. Idem eſt ſi filius tuus quem ꝺ alia muliere genuiſti. ſuſcipiatur ab aliquo. quia non eſt acquiſita commaternitas vxori tue Et in hoc caſu ſicut in alio poteſt habere aliquiſ duas commatres in vxores. vel aliqua duos cōpatres in maritos. Et iſtud potes ſcire per iſtos quatuor v̄ſus ſequentes. Que mihi vel cuiꝰ mea natuz fonte leuauit. Hec mā commatez fieri mea non valet vxor Si qua mea natum non ex me fonte leuauit. Ha[illegible]poſt me factā nō inde vetabor habere. Notandum etiam ꝙ laicus non poteſt contrahere matrimonium cum illa quam baptizauit. et ſi de facto cōtraxerit eſt matrimonium diſſoluendū. extra de cog. ſpūali. Ne dū. li. vi. Item nota ꝙ filius ſacerdotis vel alteriꝰ viri qui baptizauit puellam. non pōt contrahere cum dicta puella. vt patet. c. preallegato. Ne dū. Notandum etiā ꝙ non ſolum per ſacramētum baptiſmi ſed et confirmationis contrahitur ſpiritualis cognatio. q̄ impedit matrimonium contrahēdū et dirimit iam contractum. Per cathecifmum autem licet contrahatur talis cognatio que impediat contrahendum non tamen contrahitur talis que dirimat iam contractum. extra ꝺ cognatione ſpirituali. Per cathecifmum. li. vi.

## De ipedimēto cognationis legalis

Q Uia cognatio legalis que adoptio dicitur. vix aut nunꝗ̄ habetur ī vſu. et parum ꝺ ea in iure canonico tractatur Ideo de hac ſuperſedeo quoad nunc.

## De impedimento criminis.

C Kriminuz quedaz impediūt matrimonium contrahendū ſed nō dirimunt iaz contractum. ſicut inceſtus vxoricidium et raptus aliene vxoris. ſolennis penitentia. et ſiquis inſidiando matrimonio proprium filiuz de fonte ſuſceperit. vt poſſit cōiugē priuari carnali debito in copia ſui. Itez homicidiuz preſbiteri. Omnia iſta crimina ⁊ forte multa alia impediunt vt dixi matrimonium contrahendum. ſed non dirimunt iam contractum. imo ſi ſint adoleſcentes et timeatur de eorum incontinentia. eccleſia debet dare eis licentiā nubendi. Sūt autem tria crimina: que non ſolum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

impediunt matrimonium contrahēdum: imo dirimunt iam contractū. Primum eſt quando aliquis adulteratur cū aliqua coniugata. ⁊ iſte vel illa machinatur in mortem viri ipſius adultere. vel in mortē vxoris ipſius viri adulteri cum effectu. vt ſimul contrahant In hoc caſu cōtrahere non debent. et ſi contraxerint ſunt ſeparandi. Secundum eſt ſi adulter preſtat fidem adultere: ꝙ ducet eā poſt mortē legitimi eius mariti. vel poſt mortem eius vxoris viri adulteri Tertium eſt quando nō preſtat fidem de ducendo eam. ſed p̄ſentialiter eam ducit. Quia vt dicit Celeſtinus Papa: plus eſt ducere: ꝙ fidē dare d̄ ducendo. Et iſtū caſum intellige: quando primum matrimonium eſt verum et legitimū. quoniam ſi non fuerit verum. ſed putabatur eſſe verum: nullum preſtat impedimentum ſecundo matrionio. Si vero nullus iſtorum caſuū interuenerit: bene poteſt quis cōtrahere cum ea quam polluit per adulterium. Nota etiā ꝙ ſi mulier que contrahit cum coniugato: ſcit eum eſſe coniugatum nunꝙ poteſt habere eū in maritum etiam poſt mortē vxoris. ſed ſi ignoraret eum eſſe cōiugatū: imo crederet eum eſſe ſolutum: non obſtante eo ꝙ contraxerit cum eo viuente vxore legitima: poterit contrahere cum eo poſt mortē legitime vxoris.

## De impedimento diſparis cultus.

a d hoc ꝙ matrimonium ſit ratum et legitimum oportet ꝙ vterq; coniugū ſit fidelis. vnde fidelis nō poteſt contrahere matrimonium cū iudea. vel ſarracena vel gentili vel pagana. et ſi cōtraxerit de facto nullum eſt matrimonium. Sponſalia tamen poteſt fidelis cum infideli cōtrahere ſub iſta conditiōe. ꝙ infidelis conuertatur ad fidem. Infidelis tamen poteſt contrahere cū infideli dummodo ſint eiuſdem ritus ſcilcet iudeus cum iudea. ſarracenus cum ſarracena Sed pone alter coniugū conuertitur ad fidem alter remanet in infidelitate. quid fiet de iſtis? Dico ꝙ ſi infidelis non vult hitare cum fideli. vel ſi vult cohabitare. non tamen vult cohabitare ſine contumelia ſaluatoris. vel abſq; hꝰ ꝙ trahat eum ad infidelitatē vel ad peccatū mortale. in iſtis tribus caſibꝰ contumelia ſaluatoris ſoluit iuſ matrimonij ꝗtū de fideli. et poteſt fidelis licite contrahere. Nec eſt differentia quantū ad hoc. vtrum cōuerſus fuerit iudeus vel paganus. quoniam idem iuris eſt hodie in vtriſq;. Si autem infidelis vult cohabitare cū fideli ſine aliquo predictorum trium caſuū. ſi fidelis vult cohabitare ſecū bene facit. vt dicit Apoſtolus in prima epiſtola ad corithios. Si autem non vult cohabitare ſecum. non eſt compellendꝰ tamen illo vel illa viuente non poterit contrahere cum aliquo vel cum aliqua. quoniam durat matrimonium Sed quid ſi vnus iudeus vel paganus contraxerit matrimonium cum conſanguinea ſua ſecundum ritum ſuū. et conuertuntur ad fidem. nūquid poſt conuerſionem remanebit tale matrimonium? Dico ꝙ ſic. dūmodo non contraxerint in gradibuſ diuina lege prohibitis. qui ponunē

.f.ij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in leuitico decimooctano. Quia in
fideles non artantur canonicis inſti
tutionibus. et per ſacramentum ba
ptiſmi non ſoluuntur coniugia ſed
peccata dimittuntur. Item ſi paga
nus plures habens vxores conuer
titur ad fidez: nũquid retinebit oẽs
vel quam ex eis retinebit. Dico ꝙ
ſoluz retinebit illã: q̃ primo fuit ei⁹
vxor. quia nulla aliarum fuit vere
vxor eius Si autem alter coniugũ
labatur in hereſim vel infidelitatez:
qui manet in fide non poteſt contra
here. et etiam tenetur continere.
Quoniam licet in iſto caſu ſit cõtu
melia creatoris ſicut in primo: tñ ma
trimonium fidelium ratũ eſt. et nul
lo caſu ſuperueniẽte poteſt diſſolui.
matrimoniuz autem infidelium nõ
eſt ratuz. ⁊ ideo diſſolui legitime po
teſt

## De impedimento violentie

Violentia de ſui na
tura etiaz ſine cõſti
tutione eccleſie ĩpe
dit matrimonium.
quia excludit cõſen
ſum liberum. qui ſo
lus facit matrimoniũ. nam vbi me
tus vel coactio interuenit: non põt
conſenſus locuz habere. Sed quia
magna eſt differẽtia inter vim ⁊ viz
et metum et metum: ideo videnduz
eſt q̇d ſit vis ſiue coactio. et q̇d me
tus. et q̃ violentia excuſet et q̇s me
tus. Vis ſiue violentia eſt maioris
rei impetus. q̇ repelli non põt Me
tus ẽ inſtantis ſiue futuri ꝑiculi mẽ
tis trepidatio. Vis ſiue coactio vel
violẽtia q̃z ꝓ eodẽ accipio: alia leuis
alia violenta. Leuis nõ excludit ma
trimonialẽ conſenſum. ſed violenta
excludit. Violenta coactio eſt cũ q̇s
capit. trahit. inuit⁹ ducit. vel liga
tur. Item metus alius cadit in con
ſtantem virũ: ali⁹ non. Ille q̇ ca
dit in conſtãtez virũ excuſat. ⁊ exclu
dit conſenſum matrimonij. Quis
autez ſit metus: qui cadit in conſtã
tem virum. Dicendũ eſt: ꝙ metus
mortis. cruciatus corporis. metus ſer
uitutis. et ſtupri. Et de hoc ſunt v
ſus. Excuſare metus hos poſſe pu
ta quia neſcis. Stupri ſiue ſtatus
verberis atq3 necis. Notandũ etiam
ꝙ iſte metus poteſt cadere in vnam
ꝑſonã: et nõ caderet in aliã ſicut talis
metus poſſet cadere in me: qui non
caderet in rege. quia nõ eſt viſimile
hominem clare dignitatis in vrbe ti
muiſſe. vel ꝙ Rex metũ pui militis
timeat. ff. ꝙ metus. c. l. Non ẽ viſi
mile. Veruntamẽ ſi veras et aptiſ
ſimas ꝓbationes de metu hẽret: re
pellitur ꝓſumptõ. que contra eũ ẽ. vt
dr̃ ibidẽ. Et ſic iudex ſcd̃m diuerſi
tatẽ ꝑſonaꝝ et locoꝝ iudicabit qua
lis ſit metus. ⁊ ſcd̃m h⁹ iudicabit ꝓ
matrimonio vel contra. Notandũ
tamen: ꝙ qualiſcũq3 ſit metus vel
violentia: ſi mulier que allegat me
tum vel violentiã: ſteterit ꝑ ãnuz et
mediũ cũ viro: vel conſenſerit ĩ car
nalem copulã: non dz audiri ſi alle
gat metũ vel violentiaz.

## De impedimento ordinis.

Ordinũ vt dc̃m ẽ ſu
pra q̇dã ſũt miores
.ſ. hoſtiariat⁹ ⁊ ex
orciſtat⁹ lectoratus
accolitatus. ⁊ iſti nõ
ĩpediũt matrimõiũ
contrahẽdũ. nec dirimũt iã3 contra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctu3. Alij dicuntur maiores .ſ. ſub diaconatus diaconatus et prebitera tus. et iſti impediunt matrimoniu3 contrahendum et dirimunt iam cõ tractum. quia iſtis ordinibus votu3 ſolenne continentie eſt annexum .

### De impedimento ligationis alteriꝰ

Impedimētu3 iſtud cum .ſ. quis eſt alli gatus alteri vxori quod ſemper fuit va lidum : quia anteq̄3 aliqua cõſtitutio ec cleſie ſuper hoc emanaret: nunq̄3 al ligatus vxori poteſt vel potuit aliã recipere . nec vnq̄3 licuit hoc abſq3 ſpeciali diſpenſatione dei. qui fuit i ſtitutor matrimõij . ſicut diſpēſauit cum Abraam et Jacob et alijs pa triarchis Sed quonia3 aliquis po teſt eſſe ligatus mulieri per ſponſali a tm̄: et aliquis per matrimoniu3: videndū eſt quid iuris ſit in vtriſq3 Et ideo notandum: ꝙ ſi aliquis cõ traxerit ſponſalia cum aliqua per v ba de futuro: non debet contrahere cum alia. nec illa cu3 alio. Et ſi cõ traxerit cum alia etiam per verba ꝺ futuro : debet dimittere ſecundam ſponſam. et redire ad primam. Si autem contraxerit ſponſalia cum ſe cunda per verba ꝺ preſenti: vel per verba de futuro :et fuerit ſecuta co pula carnalis debet ſtare cum ſecun da. Etia3 ſi ſponſalia contracta cū prima fuerint iuramento vallata . ſed debet agere penitentiam de per iurio et fide mentita. Si autem eſt matrimonialiter alligatus vxori: ſi nõ eſt ſecuta inter eos copula carna lis: põt alter altero inuito religionē intrare. et qui remanet: cū alio vel alia contrahere Si autem fuerit ſe cuta inter eos copula carnalis: nun q̄ quādiu vixerint poſſunt ſe dimitte re. niſi cauſa fornicationis. Et tūc ſi ſe dimiſerint : vel reconſilientur: vel remaneant innupti . quia ſcd̄m verba ſaluatoris ſi alteri nupſerint mechant̄. Sed pone vxor credit ma ritu3 eſſe mortuū: et contrahit cum alio . Dico ꝙ tādiu ita credit et ille non reuertitur: excuſatur ab adulte rio ⁊ fornicatione propter ignoran tiam facti. et filij ſiquos ex ſecundo ſuſceperit : iudicantur legitimi . ſed ſtatim cum reuertitur primus: deb3 recedere a ſecundo et redire ad p̄mū quod ſi non facit: adultera iudicat̄ Sed quid ſi non reuertitur: credit tamen adhuc eum viuere: quid faci et? Non exigat debitum a marito : quem accepit. reddat tamen exigen ti . Iſtud conſiliū datur extra. de ſe cundis nuptijs. Dñs et redemptor Item pone: vir iuit in exercitū con tra ſarracenos vel paganos vel i re gionem longinquā . non reuertitur neq3 ſcitur. vtrū ſit viuꝰ vel mortu us quid faciet vxor? Dico ꝙ quātū cūq3 ſit iuuencula contrahere nõ po teſt donec ſit certa ꝺ morte mariti . Sed qualiter teſtificabitur . reſpon deo ꝙ per iuramentu3 illiꝰ ſub quo militauit. vel etiā ſociorū eiꝰ q̄ mor te3 eius nouerint . et ſcd̄m leges ad huc debet expectare per ānū anteq̄3 nubat. ſcd̄m vo canones ſtatim poſt iuramentū contrahere poteſt. extra de ſecundis nuptijs. Sup illa.

### De publice hone ſtatis iuſticia .



(c) 2006 Ministerio de Cultura

PUblice honeſtatis
iuſticia eſt ipedimē
tum ab eccleſia in
trodnctū ꝓpter ei⁹
honeſtatē. Cuius
due ſpecies erāt ā
tiquit⁹. nunc autē
eſt vna tm̄. que contrahitur ex deſ
ponſatione. puta ſi aliquis deſpon
ſauit puellaꝫ. vij. ānoꝝ licet eaꝫ nō
cognoſcat: nullus tamen de conſan
guinitate eius poterit eam habere i
vxorem. nec ipa aliū de conſangui
nitate eius. ſ. ſponſi. Ideo dixi. vij
annorum: quoniam ſi ante ſeptem
contracta ſint ſponſalia pura et cer
ta. i. ſine conditione contrahātur:
nullius ſunt momenti. nec aliquod
preſtat impedimentū niſi poſt ſeptē
niuꝫ qui contraxerant ſponſalia ap
probauerint Nota etiaꝫ ꝙ declara
tum eſt hodie de iure nouo: ꝙ licet
ſponſalia ſint nulla ratione conſan
guinitatis aut affinitatis aut frater
nitatis aut religionis aut quacunqꝫ
alia rōe. dummodo non ſint nulla
rōne etatis: preſtatur impedimentū
publice honeſtatis iuſticie. extra de
ſponſalibus. li. vi. c. i. ꝯ pon.

## De affinitate

AFfinitas eſt ꝓximi
tas pſonaꝝ ex car
nali copula prouēi
ens omi carens pē
tela Ex carnali co
pula ideo dixi: qꝛ
tam p fornicariā ꝙ̄ p matrimonialē
copulaꝫ cōtrahitur affinitas. Et li
cet olim eſſent tria genera: ſiue tres
modi affinitatis. tn̄ hodie pmū ge
nus tm̄ extat ſcdo ꝛ tertio de medio
ſublatis. Nota gº ꝙ pmū gen⁹ affi
nitatis contrahitur ex pſona addita
cōſanguinitati p carnalē copulā iu
ta illā regulā. que dic ꝙ pſona addi
ta pſoē p carnis ꝓpagatiōeꝫ mutat
gradū attinētie. ſed nō mutat gen⁹
ſꝫ pſona addita pſone p carnis com
mixtionē mutat gen⁹ attinentie. ſꝫ
nō gradū. vn̄ vſus. Mutat nupta
gen⁹. ſed generata gradū Et vt m
lius intelligatur ponatur exempluꝫ
Ecce ego et ſoror m̄a ſum⁹ vna cō
ſanguinitas. accipiat ſoror m̄a ma
ritū vel amaſiū. ſ. Petrū. iſte Pe
trus qui eſt pſona addita conſangui
nitati mee p carnis cōmixtionē mu
tat gen⁹ attinētie. ſed nō gradū. qꝛ
Petrus nō eſt cōſanguineus meus
ſed eſt mihi affinis. ꝛ ſic mutat ge
nus attinentie. ſed non mutat gra
dū qꝛ ſic ſoror mea eſt cōſanguinea
mea i primo gradu ita Petrus eſt
mihi affinis i primo gradu. Et idē
intelligas de maritis vel de amaſiis
omiuꝫ cōſanguineaꝝ quia in quoto
gradu conſanguinitatis ipe attinet
mihi: i toto gradu affinitatis mari
ti vel amaſii earū attinēt mihi. Et
quod dixi de maritis cōſanguineaꝝ
meaꝝ ideꝫ p omia intelligas de vxo
ribus cōſanguineoꝝ meorum. quia
i quoto gradu ipſi ſūt mihi cōſāgui
nei i toto gradu ipſi ſūt mihi affiēs
Naꝫ ſi aliquis ē mihi conſangui̅e⁹
i ſecūdo gradu vxoꝛ ſua eſt mihi af
finis in ſecūdo gradu. et ſic de alijs
gradibus. Ideꝫ dico ꝺ conſaguiñis
vxoris mee. qꝛ i quoto gradu ſunt
conſanguinei ſibi i toto ſunt affines
mihi. Et omnes conſanguinei mei
ſūt affines vxori mee i illo gradu in
quo ſūt mihi conſanguinei Et ido
nota: ꝙ ſic conſanguinitas vſqꝫ ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

q̄rtuꝫ gradum impedit matrimoniū
contrahēdum: et dirimit iam cōtra
ctum: ita affinitas vſqꝫ ad eundem
gradum facit hoc ideꝫ. Notandum
etiaꝫ: ꝙ cuꝫ gradus in affinitate ha
beat ortum ex conſanguinitate: cuꝫ
dubitatur de affinitate aliquorū. re
currendum eſt ad illam pſonam me
diante qua vētum fuit ad affinitateꝫ
et requirenduꝫ ē quoto gradu diſtat
ab illa pſona de qua agitur ſcd̄ꝫ mo
duꝫ ſupra aſſignatū de conſanguini
tate. vt dictuꝫ eſt: quomodo gradus
computādi ſunt in conſanguinitate
et quoto gradu diſtāt in cōſanguini
tate: toto diſtant in affinitate. No
tanduꝫ etiaꝫ ꝙ licet vxor conſangui
nea mī ſit affinis mihi: tn̄ filius quē
ſuſcipit ex conſanguineo meo: non ē
mihi affinis. ſed conſanguineꝰ Sꝫ
ſi haberet filiuꝫ ex alio qui nihil mi
hi attineret: ille filius nec eſſꝫ mihi
affinis nec conſanguineus Filiꝰ aūt
conſanguinī vxoris mē erit mihi af
finis. ſicut parens ſuus. ſed in alio
gradu. qꝛ ſi parens eſt in pmo gra
du: filius erit in ſcd̄o. et ſic de alijs.
Nota etiam ꝙ licet moriatur conſā
guineus. mediante quo contrahitur
affinitas: pſona tn̄ q̄ ſupuiuit rema
net mihi affinis. Notandum etiam
ꝙ licet dictuꝫ ſit: ꝙ affinitas contra
hatur p concubitū fornicariuꝫ: intel
ligenduꝫ eſt ſi fiat ordine nature qꝛ
ſi aliqs cognoſceret aliqꝫ contra na
turam: hoc eſt ſi extra vas debitum
aliqs polluerit aliqꝫ: Quis talis pol
lutio ſit execrabilis et criminoſa et
damnabilis nulla tn̄ ex tali concubi
tu contraheretur affinitas. qꝛ talis
concubitus nec facit ſanguinis nec
ſeminis commixtionē nec carnis vni
onem p que contrahitur affinitas.

et idem videtur mihi dicēduꝫ: ſi aliqs
inaſit clauſtrum pudoris alicuius:
vel poſuit virgā virilē infra mēbrū
mulieris nō tamen pueniit ad conſu
mationeꝫ opis: qꝛ ex hoc nulla con
trahit affinitas. ita dicūt Raymū
duz et Hoſtienſis. qꝛ commixtio ſe
minis requiritur ad affinitatem.

## De impotentia coeundi

INter alia ipedimen
ta matrimonij ipo
tentia coeundi tenēt
maximum locuꝫ qꝛ
cōtrariatur directe
ex naťa ſui fini ma
trimonij. quod ordinatur ad plem
ſuſcipiendam. vel ad fornicationem
vitādam. τvtriqꝫ iſtoꝝ contrariatur
ipotentia coeundi. Quia vero nō oīs
impotentia coeundi hoc facit: vidē
dum eſt que eſt impotentia coeundi
que eiꝰ ſpecies. que ipedit matrimo
nium. et que non. Impotētia coeū
di eſt vitium animi vel corporis vel
vtriuſqꝫ. quo quis impeditur alteri
carnaliter commiſceri Species iſtiꝰ
impotētie ſunt multe. quoniam alia
eſt naturalis: alia accidentalis. Na
turalis vt frigiditas ī viro. artatio
ī muliere defectus etatis in puero.
Accidentalis vt caſtratio maleficiuꝫ
quod fit p quedaꝫ maleficia. q̄ dicū
tur ſortes vel facture. Item natura
lis impotētia alia temporalis alia p
petua. Naturalis impotentia ſi eſt
temporalis impedit matrimonium
pro tempore quo durat. ſic defectus
etatis in puero. quia quādiu eſt mi
noris etatis: non poteſt contraheꝛ
matrimonium. vide ſupra de ipon
ſalibus. c. iij. Naturalis impotētia



(c) 2006 Ministerio de Cultura

.f. frigiditas in viro: ſi ſit perpetua
impedit matrimonium contrahēdū
et dirimit iam contractuȝ. De arta
tione que eſt in muliere: dicas ita.
q̄m ſi poteſt ei ſubueniri beneficio m̄
dicine vel per aſſiduuȝ vſum cuȝ ho
mine conuenientis ſtature: nō impe
dit matrimonium cuȝ illo a quo pōt
cognoſci carnalit̄. Et nota: ꝙ ſi ꝑ
artationem ſeparetur ab illo qui eaȝ
cognoſcere nō poteſt: ⁊ per vſum al
teri⁹ cui ſe copulauit ſit facta idoṅa
primo: ſeparanda eſt a ſecundo. et
reddenda primo. Si vero ſit talis
artatio ꝙ ei ſubueniri nullo mo° poſ
ſit beneficio medicine impedit matri
monium contrahēduȝ. et dirimit iā
contractum. Si autem ſit impotē
tia accidētalis ſicut ē caſtratio firmi
ter tenēdum eſt ꝙ talis impotētia et
impedit contrahēdum et dirimit iaȝ
contractum. De maleficio antē di
ſtingue. quia aut eſt temporale: aut
perpetuuȝ Si ſit temporale: nullū
preſtat impedimētum matrimonio.
Si eſt perpetuuȝ impedit contrahē
dum et dirimit iam contractuȝ. Si
queras: quomodo ſcietur: ſi eſt tem
porale aut perpetuuȝ. Dico ꝙ a pri
cipio omne maleficium reputatur tē
porale. ſed ex quo per trieniuȝ habi
tauerint dantes ſtudioſe operam co
pule carnali ſi adhuc durat impedi
mētum reputatur maleficium perpe
tuum. Notādum autem ꝙ illud qȝ
dictum eſt de caſtratione ⁊ maleficio
intelligenduȝ eſt quādo precedit ma
trimonium. quia ſi ſuperueniat ma
trimonio nullum preſtat impedimē
tum. Et idem intelligo de quolibet
alio impedimento. Et intelligo oia
que dixi de matrimonio fideliuȝ. qȝ
de matrimonio quod eſt inter infide
les nihil ad nos. De diuorcio quod
ſit propter iſtā impedimēta: nō dico
aliquid. quia iſtud pertinet ad offici
ales ſeu prelatos. nō autēȝ ad cura
tatos quib⁹ dirigitur preſens libell⁹

## De tempore feriarum.

Dicto de impedimē
tis q̄ impediūt ma
trimoniū contrahē
duȝ. et dirimunt iā
contractuȝ dicendū
eſt de impedimentiſ
que impediunt contrahendum. ſed
nō dirimūt iaȝ cōtractuȝ. et iſta ſunt
duo. videlicet tempus feriarum ⁊ in
terdictum eccleſie. Ergo circa tem
pus feriarum nota ꝙ in tempore fe
riarum poſſunt contrahi ſponſalia.
et etiam matrimoniuȝ quod ſolo cō
ſenſu contrahitur. ſed traductio vxo
ris et nuptiaruȝ ſolennitas ⁊ carna
lis copula prohibentur. Et nota ꝙ
tempus feriarum eſt ab aduentu do
mini vſqȝ ad octabas ebiphanie in
cluſiue ⁊ a ſeptuageſima vſqȝ ad octa
bas paſce. ⁊ a tribus diebus ante aſ
cenſionem domini vſqȝ ad octabas
pētecoſtes. Et d̄ hoc habentur ver
ſus. Aſpiciens veterem circuȝ qua
ſi quis benedicta. Non licet hic licȝ
hic. hic non licet hic licet hic non.

## De impedimento interdicti eccleſie.

Circa interdictuȝ ec
cleſie eſt iſtud firmit̄
tenendum ꝙ quan
do aliqs prohibetur
cōtrahere matrimo
nium cū aliqua vel
qȝ forte dicitur eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

conſanguinea eius vel affinis. vel
forte ſponſa alterius: non debet cõ
trahere. ſed ſi contrahant: ñc aliud
impedimentum niſi interdictum ec
cleſie impediat: poſſunt inſimul ma
nere. et non ſunt ſeparandi. Argui
tur contra. quia in primo caſu .ſ.
ꝓpter conſanguinitatem ſeparatur
matrimonium. de conſan. et affi. c.
Non debet. Cum ergo in ſecundo
gradu etiam propter affinitatem ſe
paratur. c. Ex litteris de ſponſa. c.
Sponſam. In tertio etiam caſu vi
delicet quando aliquis contrahenti
uꝫ eſt per verba de preſenti alteri de
ſponſatus. ſi poſtea contrahat: diri
mit ſecũdus contractus. de ſponſ.
duorum. c. Accepiſti. et. c. Licet.
Niſi ad tempus vt agant penitenti
am. quia mãdatuꝫ eccleſie contẽpſe
runt. Et ita ſunt intelligendi oĩs
canones. qui dicunt eos eſſe ſeparã
dos. quia exponenduꝫ eſt: non ſem
per ſed ad tempus. Sane vt diuer
ſa pericula circa matrimoniuꝫ euitẽ
tur ſtatutum fuit in conſilio genera
li vt cuꝫ matrimonia fuerint contra
henda: in eccleſiis a preſbiteris pu
blice proponantur cõpetenti termĩo
prefinito. vt infra illud qui volue
rit: legitimuꝫ impedimentum appo
nat. Et ipſi preſbiteri nihilominus
inueſtigent: vtrum aliquod impedi
mentum obſiſtat. Cuꝫ autem appa
ruerit probabilis coniectura contra
matrimonium contrahendum: con
tractus prohibeatur expreſſe: donec
quid ſit facienduꝫ ſuper eo. manife
ſtis conſtiterit documentis. Si aũt
parrochialis ſacdos iſtud facere con
tempſerit. vel quilibet regularis q̇
clãdeſtino matrimonio interfuerit.
per triennium ab officio ſuſpendat
grauius puniendꝰ ſi culpe qualitas
poſtulauerit. Sed his q̇ taliter co
pulari preſumpſerint. etiam in gra
du conceſſo cõdigna penitentia iniũ
gatur. Siquis auteꝫ contra matri
monium legitimum malicioſe impe
dimenta obiecerit preter penitentiã
quam debet agere de peccato canõi
cam non debet effugere vltionem.
Et iſtud optime ſeruatur ĩ eccleſiis
gallicãis. vbi per tres dies domini
cos vel per tres dies ſolẽnes anteq̃
contrahatur matrimoniũ indicitur
in eccleſia publice. ꝙ ſi aliquis ſciat
aliquod impedimentum. quare tale
matrimonium non debeat fieri. pro
ponat illud. Et iſtud vocatur bãna
in Francia. Et quicunqꝫ iſtis ban
nis pretermiſſis contrahunt ſunt ex
communicati. Unaqueqꝫ tamẽ ec
cleſia in ſuo ſenſu abundet. Et hec
de matrimonio dicta ſufficiant. Et
ſic terminatur prima particula hu
ius libelli. In qua de emiſſis ⁊ mi
nus benedictis veniam petens obſe
cro lectorem beniuoluꝫ vt contra ſa
gittas decretorum clipeum oratiõis
apponens minus bñdicta corrigat
et emendet.

Incipit ſecũda pars prin
cipalis huius operis de
penitentia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CUm veruſ ac pi⁹ ſamaritā⁹ dulciſ Jeſuſ qui vinū ⁊ oleū īfudit in vulnerib⁹ ſauciati a hieruſalē in Jerico deſcē dētis q̇ inciderat in latrones: ſtatū ruināq́ʒ pcti eiuſq́ʒ medelā ⁊ reme diū inſigni et mirabili pabola decla rauit. Hieruſalē enī q̄ viſio pacis dr̄: innocentiā baptiſmalē. quā per Berſabe q̄ puteus ſacietatis interp̄ taē .i. aīa cuiuſlibet chriſtiāi baptiſ malis aq̄ puteo ſaciata ṽo et pacifi co Salomōi pio. ſ. Jeſu q̇ eſt pax nr̄a faciēs vtraq́ʒ vnū iuxta verbū prophete deſpōſata fide: congrue re preſentat. Jerico ṽo luna q̄ nunq̄ʒ in eodē ſtatu pmanet: īterp̄taē ſtatū peccati. quo⁹ homo ſtultus. i. pc̄tor teſte ſapiēte velut luna mutaē: eui dentiſſime pfigurat. Ab hieruſalē g° in Jerico homo deſcendēs ē pec cator. qui baptiſmalē innocētiā deſe rens p decliuia et abruta vicioꝝ pla biē et deſcēdit. Et ſic ab inferni la trōibus ſpoliaē bonis ſuis ſiue dōis gratuitis. ⁊ ī naēalib⁹ ſauciaē Hūc pietatis ⁊ mīe oculis reſpiciēs Jeſus chriſtus p ei⁹ ſanatōe de ſūmis celo rū ad ima mūdi deſcendit. et in vte ro intemerate ṽgis carnē aſſumēs et ſauciati vulnera in ara crucis al ligās funiculis caritatis vinū mor tificātis penitētie et oleū lenietis in dulgētie infudit in ipis In cui⁹ rei ſignū ſue ſalutifere predicatōis exor dium iſto ſalubri ac ſuauiſſimo thē a te inſigniuit dicēs. Penitentiā agi te appropinquabit enim regnū celo rū. Ubi indicit penitētiā ac p eam patriā re pmittit Demū ope qđ ſibi pē dderat cōſumato: ſauciato. ſ. ho mine iā ſanato ne eū abſq́ʒ cuſtode deſereret: ipm ſauciatū cōmēdauit ſtabulario. i. ſacerdoti curato. et de dit ei duos dēarios. i. duas claues eccleſie. q̄ ſunt diſcernēdi ſcīa ⁊ ligā di atq́ʒ ſoluēdi poteſtas. et exhibens dixit. curā illi⁹ habe. Ut igiē ſacdo tes curati q̇ nō ſunt multū in iure canonico vel in ſacra theologia pro uecti: aliqualē noticiā hērēt: p quā poſſent int̄ leprā ⁊ leprā diſcernere. ⁊ ſic penitentie ſalutaris miniſtrare medelam: in ſcd̄a pte huius opis ali qua ex diuerſoꝝ doctoꝝ ſentētijs et maiorū mōꝝ dictis diligenti ſtudio vt breui⁹ et melius potui cōpilaui. Ut ſi qū neophiti ⁊ minus pfecti curati ī foro penitentie dubitauerit iſtud opuſculū ſit eis qualecunq́ʒ in troductoriū ac aliqđ directiuū Hoc aūt nō preſumens de virib⁹ ppriȷ̄s cū nulle ſint: attendatur. ſed confi dens de clementia ſaluatoris q̇ bn̄e oīa faciens. ſurdos feē audire ⁊ mu tos loq̇. Unde o lector meū affectū cōſiderās me toxicata ligua nō mor deas. ⁊ ſi aliq̄ vtilia īuenias ea attri buas dō ſoli. min⁹ aūt vtilia vel pr ſus inutilia mihi ⁊ ea fraēna caritate corrigas ⁊ emendes

De penitentia et pmo de ſolenni.

DE pēitētia igiē tra ctatur⁹ dicā pmo a liq̄ de penitētia ī ge nerali. ⁊ poſtea dicā de q̄lʒ ei⁹ pte ī ſpāli Pēitētia igiē ſcd̄m

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ambroſium diffinitur ſic. Penitē
tia eſt peccata preterita plangere. et
plangendo iterum non committere
Secundū Auguſtinum diffinitur
ſic. Penitentia eſt quedam dolentis
vindicta punientis in ſe quod ſe do
let commiſiſſe. Et dicitur penitētia
de pena pene. et teneo tenes. vnde
penitentia quaſi pene tentio inquā
tum penitens per penam quaz ſuſti
net punit in ſe illicita: que commi
ſit. Probantur iſta de penitētia di.
.iij. Circa principium Auguſtinus
in libro ſexto reſponſionum diffinit
penitentiā ita. penitentia eſt quedaz
res optima et perfecta omēs defect⁹
reuocans ad perfectum. Verum li
cet a doctoribus multe ⁊ varie fiant
diſtinctiones d̄ penitentia quomodo
.ſ. eſt virtus et quomodo ſacramen
tuz moueātur etiaz multe circa hāc
materiam queſtiones: omiſſis omi
bus cum illis magis q̄ſtionē q̄z edifi
cationem contineant animarum: de
diuiſione penitentie agendum eſt.
Sciendum eſt ergo: ꝙ penitentia
vno modo diuidit̄ ſicut genus in ſu
as ſpecies. Alio modo diuiditur ſic̄
totum in partes. Prima diuiſio eſt
ꝙ penitentia alia ſolennis alia publi
ca alia priuata. Circa ſolennem pe
nitētiaz quatuor ſunt notanda Pri
mo qualis ſit. vel que ſit ei⁹ forma
Unde ſciendūz eſt ꝙ iſta penitentia
nō dicitur ſolennis quia fit in publi
co ſed quia imponitur cuz ſolennita
te quadaz. Unde ſciendum eſt ꝙ fe
ria quarta in capite ieiunij in die. ſ.
cineris illi qui debent agere iſtaz pe
nitentiam: preſentant ſe in eccleſia
coram Epiſcopo et coram ſacerdoti
bus. Et Epiſcopus premiſſa aliq̄
ammonitione oſtendit eis magnitu
dinem et grauitatem et enormitatez
peccati ſui. et induto cilicio eijcit eos
de eccleſia cantando illud reſponſo
rium In ſudore vultus tui ⁊c̄. Et
ſic ſunt extra eccleſiam vſq3 ad diez
cene. qua die recipiuntur et ammi
tantur ad ingreſſum eccleſie. nō ta
men ad communionez: quouſq3 ſint
per Epiſcopum reconſiliati. Et de
hoc habetur plene et perfecte di. l.
.c. In capite Secundo notanda ē
ratio huius ſolēnitatis. et ē triplex
Una eſt ad terrorem aliorum. A
lia eſt ad erubeſcentiam delinquen
tis. Alia eſt ad ſignificationem
eiectionis Ade de paradiſo. Un
de cum grandibus ſuſpirijs debet ſi
bi denunciare Epiſcopus: ꝙ ſicut
poſt eius editionem. Que iſtarum
oppinionum ſit verior: fateor me ne
ſcire. tamen dicere ſicut dicit prima
oppinio: videtur mihi periculum.
dicere ſicut dicit ſecunda: videtur
mihi durum. Sanctus Thomas
de aquino in quadam queſtione de
quolibeto ponit aliquos caſus in q̄
bus tenetur exiſtens in peccato mor
tali ſtatim confiteri. Primus eſt qn̄
do eſt in infirmitate. de qua immi
net ſibi periculum mortis. Et iſte
caſus poteſt colligi ex his que ponū
tur extra de penitentia et remiſſione
Cum infirmitas corporalis. Se
cundus caſus eſt: quando habet fa
cere aliquid: de quo imminet ſibi pe
riculum mortis. licet pro tempore
illo ſit ſanus Sicut ſi hēt tranſire ma
re vel lōgaꝫ viaꝫ facere vel pugnare
vel aliquid aliud tale. Tertius ca
ſus ē ſi habet aliqd̄ facere: qd̄ exiſtēs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſin peccato mortali non poſſet facere
ſine peccato mortali . Sicut ſi ha
bet dicere miſſam vel recipere vel mi
niſtrare aliquod ſacramentum eccle
ſie . Quartus caſus eſt. quando cō
miſit aliquod peccatum : de quo cu
ratus ſuus nō poteſt abſoluere eum
et habet copiam alicuius : qui poteſt
abſoluere eum . et timet: ꝙ tempore
ſtatuto non poterit habere copiam.
tunc tenetur ſtatim confiteri . Qui
tus caſus eſt: quando cōſcientia ſua
dicit ſibi ſtatim eſſe confitendum .
Quia aut tenetur deponere eam' :
aut facere ſecundum eam cum non
ſit erronea . ſed ſalubris . Omnes
enim dicunt: ꝙ licet nō ſit neceſſariū
ſtatim confiteri . eſt tamen multum
congruum iuxta dictuꝫ ſapientis di
centis Ne tardes conuerti ad domi
num .et ne differas de die in diem .
ſubito enīꝫ veniet ira illius. et ī tem
pore vindicte diſpdet te Ita ꝙ Ray
mundus in ſumma ſua ponit quinqꝫ
rationes: propter quas eſt multum
vtile et congruum ſtatim confiteri .
Prima eſt propter incertitudinem
hore mortis Unde dominus ī euā
gelio beati Luce Ueniet dominus
ſerui illius ī die qua nō ſpat. et hora
qua neſcit . et partem eius cum infi
delibus ponet . Item diuiti promit
tenti ſibi longam vitam fuit dictum
ſtulte hac nocte demones repetent a
nimaꝫ tuaꝫ a te. et ea que coacerua
ſti. cuius erunt . Secunda eſt: quia
morans in peccato mortali ſemper
accumulat peccatum peccato . Et
per conſequens penam pene Und
apoſtolus ad romāos. An ignoras
quoniam benignitas dei ad peniten
tiam te adducet ſecundum autem du
riciam tuam et impenitens cor tuuꝫ
theſaurizas tibi iram in die ire et re
uelationis iuſti iudicij dei : qui red
det vnicuiqꝫ ſecundum opera ſua .
Et Oſee dicit Maledictuꝫ menda
cium furtum homicidiuꝫ inundaue
runt. et ſanguis ſanguineꝫ tetigit.
ideſt peccatuꝫ adducitur ad peccatū
Unde Gregorius: peccatuꝫ qd per
penitentiaꝫ nō diluitur: mox ſuo pō
dere ad aliud trahit . Tertia eſt: qꝛ
quanto maiorem moram fecerit in
peccato. tanto magis elongabitur a
deo . et per conſequens tanto diffici
lior erit conuerſio . iuxta illud quod
communiter dicitur Qui nō eſt ho
die cras minus aptus erit . Et O
uidius Principijs obſta. ſero. i. tar
de medicina paratur . Cum mala ꝑ
longas conualuere moras . Et in
pſalmiſta . Domine qui elongant ſe
a te: peribunt . Quarta eſt quia in
magna egritudine vix poteſt aliquiſ
penitere. ſeu etiam de peccatis cogi
tare. Unde Hieronimus Cum e
gritudine opprimeris vix poteſt ali
ud cogitare qꝫ ꝙ ſentis . Et illic ra
pitur intencio mentis vbi eſt vis do
loris . Multa enim vt ait Auguſti
nus tunc impedimenta occurrunt .
nam morbus vrget. pena torquet .
vxor mundus quos illicite dilexit e
um ad ſe vocant . Tene igitur certū
et dimitte incertum. ideſt age penitē
tiam. et confitere dum ſanus es . et
nō differas vſqꝫ ad infirmitateꝫ iux
ta conſilium ſapientis dicentis . Ui
uus et ſanus confiteberis. Quinta
eſt quia niſi peccator ī vita ſua exau
dierit dominum clamantem ꝙ confi
teat ⁊ faciat penitenciā clamabit po
ſtea ipſe. et non exaudietur . Exēplū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de diuite epulone qui ī inferno ſepul
tus nō eſt exauditus etiam pro vna
gutta aque. Non eſt ergo differenda
vel tardanda confeſſio . ſed ē multū
vtile et congruum: ꝙ ſtatiz fiat. Ri
chardus autem in quarto ſuo ſuper
ſententias loquens de materia iſta
dicit : ꝙ aliter ſenſendum eſt in caſu
iſto de religioſo: aliter de laico. Naz
religioſus cum totum tempus vite
ſue ſit ſibi tempus penitentie : habi
ta copia ſacerdotis idonei ſi peccaue
rit mortaliter : credo ꝙ tenetur ſine
mora confiteri. Et intelligatur ſiē
mora : ſicut recta ratio ordinauerit
Laicus vero rationabiliter poteſt ex
pectare tempus quadrageſime . qd̄
eſt tempus penitētie. Unde cuz illō
tempus ſit magis oportunuz eis ad
ſatiſfaciendum et confitendum ſi ex
pectent illud rationabile eſt iudicare
ꝙ nō peccent. duz tamen proponāt
firmiter tunc temporis confiteri De
clericis autem iudicare non audeo .
Conſilium autez ſanuz do ꝙ oēs
qui cadunt per peccatuz mortale ſta
tim confiteantur cum poſſint. Non
enim videretur vere contritus q̄ tam
diu vulnus peccati portaret occultū
verba ſunt Richardi . Quidquid
ſit de materia iſta : credo in caſibus
quos ponit ſanctus Thomas de a
quino de neceſſitate tenetur quilibz
ſtatim habita oportunitate confite
ri. Credo etiaz ꝙ conſiliuz Richar
di ſanum eſt et ſalubre . et debet exe
qui cum diligentia et virtute.

Nota

Cui eſt facienda con
feſſio . c. iiij.

Quoniam ille cui fa
cienda ē confeſſio ſa
cramētalis oportet
ꝙ habeat claues vi
dendum eſt primo a
liquid de clauibus.
Notādum ergo. ꝙ
hoc nomen clauis tranſlatum eſt a
corporalib[9] ad ſpiritualia . Clauis
eniz in rebus corporalibus ē inſtru
mentum deſeruiens ad remouendū
aliquod obſtaculum . quod impedie
bat ne poſſet haberi aditus vel intro
itus ad domum . Sic eſt etiam ī ſpi
ritualibus . Quia illud quod remo
uet peccatum mortale et veniale qd̄
eſt obſtaculuz qd̄ impedit introitum
ad ingrediendum regnuz celeſte .ſ.
gloriam paradiſi vocatur ſimilit̄ cla
uis . Et iſta clauis eſt triplex. ideſt
tripliciter habetur clauis . Naz pri
mo eſt clauis autoritatis . ſcilicet q̄
autoritatiue tenetur . Et iſtam cla
uem ſic dictam vel intellectam habz
ſolus omnipotens deus . Unde de
iſta claue tali loquebantur iudei. dū
dicebāt Quis poteſt dimittere pec
cata niſi ſolus deus . Et hoc intelli
gitur quaſi diceret ꝙ null[9] niſi ſolus
deus poteſt dimittere pcc̄a . Et hoc
verum eſt intelligendo et loquendo
de claue predicta. ſcilicet d̄ claue au
toritatis vel autoritatiue tēta Alia
eſt clauis excellentie ideſt illa que p̄
excellentiaz tenetur Et hanc clauē
habet dominus noſter Jeſus Chri
ſtus deus homo Et de hac claue lo
quebatur Jſayas in perſona dei lo
quentis de Chriſto. Dabo clauem
Dauid ſup humerum eius . Et di
citur Chriſtus homo habere clauē
excellentie in quantum ipſe p̄ paſſio
nē ſuā ſatiſfecit p̄ peccatis noſtris et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non ſolum pro noſtris. imo ꝓ totiꝰ
mundi. vt dicit beatus Johannes.
Et hoc verum eſt quãtum ad effica
ciã. Uel dicitur habere Chriſtus
homo clauem excellẽtie: in quãtum
effectum ſacramẽtorum poteſt dare
ſine ſacramentis. Tertia eſt clauis
miniſterij. Et iſtam clauem ha
bent omnes ſacerdotes. Et datur e
is in collatione ſacerdotalis ordinis
Et de iſta fuit dictũ Petro: Tibi
dabo claues regni celorum. Et de
iſtis clauibus loquimur hic. Scien
dum eſt ergo: ꝙ duplex ẽ clauis mi
niſterij. Una ſciẽtia diſcernendi.
Alia ẽ poteſtas ligandi et ſoluendi.
De ſcientia autem diſcernendi quo
moᵈ eſt clauis: aut quomodo non:
et ſi eſt alia clauis ſecundũ rẽ a po
teſtate ligandi et ſoluẽdi: eſt magna
diuerſitas inter theologos. Et ideo
non dico aliquid aliud ampliꝰ nunc
de materia iſta. Preſertim cũ dñs
Papa Johãnes qui nunc viuit: lo
quens de clauibꝰ in quadã extraua
gante ſua que incipit Quia quorũ
dam facit mẽtionem ꝺ iſta diuerſita
te doctorũ et nihil determinet. vñ
ex quo ipẽ relinquit indeterminatũ
temerarium eſſet aliquid diffinire.
Iſtud tamen firmiter tenẽdum eſt:
ꝙ iſte claues cuilibet ſacerdoti danẽ
in ſui ordinatione. Sed iſte claues
non poſſunt exire in actũ: donec ſa
cerdos habeat materiam in quam a
gat. Et hoc vel per commiſſionem
cure animarum ſicut habent Archi
epiſcopi vel epiſcopi et oĩes alij ha
bentes curã animarũ: vel per pri
uilegiũ ſicut habent fratres predi
catores et minores et alij. qui ex ꝓ
uilegio domini Pape vel Epiſcopo

rum poſſunt predicare et cõfeſſiones
audire. Item quid dimittat ſacer
dos virtute clauium: reperies vltra
capitulo decimo huius tractatus.
Ex his ergo poteſt patere cui ſit ſa
cramentalis confeſſio facienda.
Et dico ſacramentalis confeſſio ad
excludendum confeſſionem cõſiliati
uam ſiue directiuam. quãdo ſcilicet
peccator confitetur alicui peccatum
ſuum. vt ſibi ſuper eo conſulat. et e
ũ dirigat. nõ vt eum abſoluat Qr
talis cõfeſſio poteſt fieri cuicũqȝ bo
no viro qui eum poteſt iuuare et cõ
ſulere vel orando vel inſtruẽdo. Sȝ
loquendo de confeſſiõe ſacramentali
que ſit propter abſolutionẽ dico ꝙ
ex dictis patent due concluſiones.
Prima eſt: ꝙ confeſſio ſacramenta
lis eſt facienda ſacerdoti et non alij
ideſt ꝙ nõ debet nec poteſt fieri niſi
habenti claues. et iſte ẽ ſolus ſacer
dos. Et ratio eſt: quia abſolutio fit
virtute clauium. Ita ꝙ nullus põt
abſoluere in foro penitentie: niſi ha
beat claues. qđ patet: quia vt dcm̃
eſt: claues ordinantur ad abſoluen
dũ. Iſtud tamẽ melius dicetur in
fra: quãdo agetur de poteſtate claui
um capitulo decimo huius tractatꝰ
Sed nullus habet claues niſi ſacer
dos. cum claues dentur in collatiõe
ordinis ſacerdotalis Ergo non põt
nec debet fieri niſi ſacerdoti. Et ita
dicit Auguſtinus et ponitur de pe
nitentia diſtinctione quinta. Qui
vult confiteri peccata ſua: vt inueni
at gratiam: querat ſacerdotem. Se
cunda concluſio eſt ꝙ confeſſio faciẽ
da eſt proprio ſacerdoti. Et iſta con
cluſio patet ſic. Licet enim vt dic
tum eſt omnes ſacerdotes hẽant cla

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ccx

nes nō tamen oēs habent materiā in q̄ poſſint exercere vſuʒ clauiū. ſʒ ſolum illi quibus commiſſa eſt cura animarum reſpectu illorum quibus cura nō eſt eis commiſſa. Et ideo ſolum talibus facienda eſt confeſſio. ⁊ tales ſunt proprij ſacerdotes Ergo ſolum proprijs ſacerdotibus eſt confeſſio facienda. Sed poteſt aliquis dicere: quis eſt proprius ſacerdos: Aliqui dicunt ꝙ proprius ſacerdos eſt ſacerdos parrochialis. qui habet amminiſtrare ſacramentū eucariſtie et alia ſacramenta eccleſiaſtica. ⁊ iſti eſt confeſſio facienda. Et videtur dictum iſtorum fundari in ratione iſta Illi debet fieri confeſſio qui habet āminiſtrare ſacramentum eucariſtie Ad hoc enim eſt datum preceptum de confitendo in quadrageſima vt fideles digne accedant ad ſacramentū eucariſtie in paſca. Cum ergo ſacerdos parrochialis obligatꝰ ſit ⁊ teneatur ex officio ſuo āminiſtrare ſacramentū eucariſtie prochiāis ſuis. idō oēs parrochiani ſui tenentur ei confiteri ad minꝰ i quadrageſima. Et iſta videtur eſſe intētio illius decretalis. Omnis vtriuſq̧ ſexus. Et illiꝰ capituli de penitētia diſtinctōe ſexta Placuit. Iſtud etiam videtur eſſe intentio ſacre ſcripture i veteri teſtamento. vbi dicitur prouerbiorum viceſimoſeptimo. Diligenter agnoſce vultuʒ peccatoris tui. Sed vultus peccatoris ſecūdum gloſaʒ eſt conſcientia. que nō poteſt agnoſci niſi per confeſſionem. Ergo oportet ꝙ ille qui habet curam agnoſcat confeſſionem. quod nō poteſt fieri niſi audiat eam. Hoc etiam idem videtur dicere ſcriptura ſacra in nouo teſtamēto. vbi dicitur ad hebreos vltio

prouerbiorum vicesimo primo

Serui obedite per oīa prepoſitis veſtris Ipſi enim peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Ergo ſi ille qui habet curam tenetur reddere rationem pro anima ſubditi ſui videtur neceſſariū ꝙ ſciat ſtatum animeꝰ ſubditi. quod non poteſt fieri niſi audiat confeſſionem eius. Quare oportet ꝙ quilibet ſubditus confiteatur ſuo curato parrochiali. Alij diſtingunt de proprio. Et dicūt: ꝙ proprium dicitur duobus modis. Uno modo dicitur proprium ſecundum ꝙ diuiditur cōtra alienuʒ. Alio modo dicitur proprium ſecunduʒ ꝙ diuiditur contra commune. Modo dicunt iſti ꝙ quilibet tenetur confiteri proprio ſacerdoti: ſecundum ꝙ proprium opponitur alieno. non autem ſecundum ꝙ proprium opponitur communi Nā conſtat et certum eſt: ꝙ ſi aliquis fuiſſet cōfeſſus peccata ſua dn̄o Pape vel archiepiſcopo vel Epiſcopo ſuo fatuum et temerarium eſſet dicere: ꝙ teneretur illa eadem peccata confiteri ſuo parrochiali curato. Cum ergo iſti qui ex priuilegio predicant et audiunt confeſſiones ſint vicarij dn̄i pape et Epōꝝ cōfeſſi eis nō tenētur iteꝝ cōfiteri ſacdoti ſuo prochiali Cū tales ſint quaſi quidaʒ penitentiarij particulares. Et ideo ſi confeſſi penitētiarijs domini Pape et Epiſcopoꝝ non tenentur iteꝝ cōfiteri curatis ſuis: ita nec cōfeſſi iſtis Et ita eſt hodie determinatum per dominum noſtruʒ dominum Papā Johannem viceſimum ſecunduʒ in quadaʒ decretali ſua extrauagante. que incipit Uas electionis. Iſtud etiaʒ videtur eſſe de intentione illius decretalis Super cathedram. que

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ponitur extra de penitentia et remiſſione. In conſtitutionibus domini Clemētis pape capitulō Duduȝ a bona memoria. Ubi dicitur: ꝙ fratres predicatores et minores tātuȝ habeant de poteſtate in cōfeſſionibꝰ audiendis: quantum parrochiales ſacerdotes de iure noſcuntur habere Sed confeſſi ſacerdotibus parrochialibus nō tenētur iterum confiteri. ergo nec confeſſi iſtis. Et ſecūdum iſtam viam illa decretalis Omnis vtriuſqȝ ſexus loquitur de ſacerdote proprio prout propriuȝ diuiditur cōtra alienum. nō prout proprium diuiditur contra commune. Unde eſt ſenſus: confiteatur proprio ſacerdoti: ideſt nō alieno. Et quidquid ſit de hoc: tamē ſi illi qui audiunt confeſſiōes ex priuilegio domini Pape inducerent ſibi confitentes ad confitendum ſemel in anno ſuis curatis: benefacerent. Et ad hoc inducuntē in illa decretali dn̄i Benedicti Pape vndecimi: qui fuit de ordine predicatorum. que incipit Inter cunctas Et tenentur ad hoc. quia licet illa decretalis ſit reuocata: inquantum contrariatur decretali bonifaciane. que incipit Super cathedram. nō tamē quantū ad alia que equitatem continent: eſt reuocata. Sed nūqd ſacdos parrochialis poteſt abſoluere ſubditum ſuuȝ de om̄i peccato: Dicenduȝ: ꝙ Raymundus in ſumma ſua pōit. v. caſus de quibꝰ ſacerdos parrochialis nō poteſt ſe intromittere niſi ſpecialiter fuerit ſibi commiſſuȝ Primus caſus eſt: quando eſt ſolēnis penitentia imponenda. Secūdus caſus eſt: quando peccato eſt annexa excommunicatio. Tertius ca caſus eſt vbicunqȝ inuenerit irregularitatem contractam. Quartus ē de incendiarijs. Iſtis quatuor caſibus Hoſtienſis addit tres. ita ꝙ ſit quintus caſus de publico peccatore ſicut de publico blaſſemo. Sextꝰ caſus de incendiarijs. Septimus eſt ſi ſit conſuetudo in epiſcopatu ꝙ aliqua crimina certa ad Epiſcopuȝ cōferantur. ſicut obtinet conſuetudo i pluribus epiſcopatibus d̄ homicidiis ſacrilegis falſarijs violatoribꝰ immūitatis eccleſiaſtice ſodōitis inceſtuoſis piuris et alijs enormibꝰ criminibus. q̄ Epiſcopi ſibi retinent. ſecūdum ꝙ videtur eis expediens. de quibꝰ nō poteſt certa regula dari. Sed vnuſquiſqȝ curatus habeat ſynodale ſuum. cum quo ſe dirigat in materia iſta. Dominus Guillermus durandi in repertorio ſuo dicit: ꝙ ponere tot caſus non ē aliud niſi auferre poteſtatem ſuam curatis. cum poſſint omnia d̄ iure que non ſunt eis expſſe prohibita. Notandum etiam: ꝙ Raymundus in ſumma ſua ponit ſex caſus. in quibus vnus ſacerdos parrochialis poteſt audire ⁊ abſoluere confeſſiones ſubditorum alterius ſacerdotis. Primus caſus eſt cum ille extraneus deliquit in parrochia ſua. Secundus caſus ē ſi mutauit domicilium in parrochia ſua. ſicut eſt de ſcolaribus ſtudentibus pariſiꝰ vel alibi. Tertius ſi ſit vagabūdꝰ vt ſunt iſti paupes q̇ vadūt vagabūdi per mundū. Quartus: quando aliquis habet ſacerdotem imperituȝ vel malicioſum et omnino inſufficiētem et vult ire ad magis peritum. q̇ ſibi melius conſulat. poteſt ire ad eū petita tamen et obtenta prius licentia a proprio ſacerdote. et ſacerdos tenetur eam dare ei. Quintus ca



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſus eſt: ſi aliquis volens facere lon
guʒ iter vtpote ire Romam vel ad
ſanctuʒ Jacobum vel ad quancūqꝫ
aliam peregrinationem vel locum.
petat licentiam a ſuo curato: ꝙ poſ
ſit in itinere confiteri. quia tunc q̇li
bet confeſſor q̇ poteſt audire cōfeſſio
nes: poterit eius confeſſionem audi
re. Sextus caſus eſt: quando aliq̇ſ
eſt in articulo neceſſitatis. qꝛ ī iſto
articulo poterit confiteri cuicūqꝫ ſa
cerdoti. in alijs auteʒ caſibus prefa
tis non poteſt confiteri niſi potenti
cōfeſſiones audire. vel ex cōmiſſiōe
cure vel ex priuilegio. Sed quid ſi
et de militibus ſiue de nobilibus vel
q̇buſcunqꝫ alijs. q̇ hn̄t domicilia in
diuerſis locis et parrochijs. et per v
nam partem anni morantur in vno
domicilio. ⁊ per aliam partem anni
morantur in alio. cui confitebūtur
iſti. Dicenduʒ eſt ꝙ tales debent cō
fiteri illi curato: in cuius parrochia
habent principale domiciluʒ. aut in
cuius parrochia per maiorem partē
anni morantur. Sed pone: hic eſt
vna mulier fragilis ⁊ prona ad pec
candum. timet de curato ſuo. qui ē
leuis et lubricus: ꝙ ſi confiteatur il
li: ꝙ ſolicitet eam ad malum. vel ꝙ
confeſſionem reuelet. nunquid con
fitebitur iſta illi Dico ꝙ ſi timeatur
viſibiliter et probabiliter de iſtis vel
de aliquo iſtoruʒ: debet petere licen
tiam a curato ſuo. ꝙ confiteatur al
teri. vel ſi poteſt habere copiam ſu
perioris. ſicut Epiſcopi vel penitē
tiarij ſui vel alicuius religioſi habē
tis poteſtatem audiendi confeſſiones
cōfiteatur ei. Sed quid ſi forte iſta
nō poteſt habere copiā alicuius iſto
rum. ⁊ curatus ſuus eſt ita malicio
ſus. ꝙ non vult ei dare licentiam
confitendi alij: quid faciet iſta perſo
na Dico ꝙ ſi timet de iſta ſolicitati
one commendet ſe deo orando. ꝙ e
ripiat eam a tentatione. et donet ſi
bi virtutē ⁊ conſtantiam reſiſtendi.
et confiteatur in loco publico. et de
us qui teſte apoſtolo nēminē permit
tit tentari ſupra id quod poteſt. faci
et eum cum tentatione prouentuʒ.
et adiuuabit eam. ⁊ ſic non commo
uebitur. In caſu autem vbi timere
tur de reuelatione confeſſionis. cre
do ꝙ ſi timor eſſet iuſtus et rationa
bilis et non leuis vel fatuus. ꝙ ſine
licentia ſua poteſt. quia ſi ipē nega
ret eam ius concedit ſibi eam. ꝙ. ſ.
alteri habenti confeſſiones audiēdi
poteſtatē poſſit confiteri. Ita tamē
ꝙ ſit in propoſito ꝙ vbi haberet cu
ratum ſufficientem confiteretur ei.
Sicut enim ille qui contrahit ma
trimonium apponendo conditioneʒ
inhoneſtam contra ſubſtantiam ma
trimonij eſt priuatus a iure matrio
nij vt dicitur. xxij. q. iiij. Inter cete
ra. xxxij. q. ij. Aliquādo ſolet queri
extra de conditiōe appoſita inde cap̄
vltimo ita ſacerdos non ſeruans ea
que ſunt de ſubſtantia confeſſionis ī
mo faciens contra ea eſt priuatꝰ iu
re quod hēat in audiēdo confeſſiōes
Cum ergo tenere ſecretū ſit de ſub
ſtantia confeſſionis, quantum eſt ex
parte confeſſoris ſacerdos reuelans
confeſſioneʒ eſt priuatus iure quod
hēat in audiendo confeſſiones. Et
idō ſi iuſte ⁊ rationabiliter timeatur
ꝙ iſte ſacerdos ṙuelet cōfeſſionē nul
lus tenetur ei cōfiteri Veruʒ eſt ꝙ
iſta ratio nō cōcludit niſi contra euʒ
qui iam reuelauit confeſſioneʒ non
contra euʒ qui reuelaturus eſt. Sʒ
hoc facit ſequēs ratio Iteruʒ quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ꝑ caritate inſtitutū eſt : contra cari
tatē militare non debet. ſed confeſ
ſio inſtituta eſt pro caritate: qua q̄li
bet tenetur ſe diligere ad honorem
dei eum glorificando et ſe ei humili
ando. et eum ſibi reconſiliando. er
go non tenetur militare contra cari
tatem ſeipm̄ prodendo et diffaman
do. qđ fieret ſi homo teneretur con
fiteri illi de quo iuſte et rationabilit̄
preſumeretur ꝙ reuelaret confeſſio
nē. Unde Auguſtinus ortans ad
penitentiam et confeſſionem dicit .
Non dico vt te prodas. Sed ſi ali
quis confiteretur ſcienter alicui qui
confeſſionem reuelaret proderet ſe.
ergo non debet tali confiteri. Sꝫ
pone proprius ſacerdos eſt heretic⁹
vel ſciſmaticus vel ſimoniacus vel
excommunicatus : nunquid debet
ſibi confiteri. Dico ſine preiudi
cio: ꝙ non. et ratio eſt generalis
quantum ad omnes tales. Cum e
nim participare cum excommunica
to in ſacramentis ſit peccatum mor
tale. et omnes tales ſint excommū̄i
cati de iure. et confeſſio ſacramenta
lis ſit ſacramentum. ideo quicunqꝫ
qui talibus confiteret̄ peccaret mor
taliter. Sed quantum ad hereticū
eſt ſpecialis ratio. quia hereticus de
facili poneret ſibi confitentem in er
rorē. vel induceret in deſperationē
ſicut fecerunt phariſei Judam. qui
confeſſus fuit eis dicens. Peccaui
tradens ſanguinem iuſtum. ⁊ ipi lo
co boni conſilij dixerunt ei: quid ad
nos. tu videris. Ulterius pone di
citur communiter: et declarabitur i
fra: ꝙ nullus debꝫ diffamare nec ac
cuſare alium in confeſſione. ſed pōt
cōtingere: ꝙ ſi aliquis confiteatur
curato ſuo: oportebit ꝙ diffamet a
lium. Sicut ponatur aliquis pecca
uit cū matre ſua que eſt bene nota
curato ſuo. vel cū filia aut cum ſo
rore quas etiā curatus bene nouit
oportet ꝙ talis exprimat ⁊ nominet
perſonam in confeſſione dicendo ha
bui rem cum matre mea vel cum fi
lia vel ſorore. et ſic cū iſte vt dictū
eſt ſint note curato remanebunt dif
famate apud eum. Dicendum ꝙ
talis debet confiteri ſi habeat opor
tunitatem tali: qui non habeat noti
ciam iſtarum perſonarū Unde ta
lis debet venire ad curatum dicens
Domine ego habeo caſū quem nō
debeo confiteri vobis. non quin voſ
ſitis ſufficiens. ſed caſus eſt talis ꝙ
nō debeo dicere vobis. ideo peto li
centiam alteri confitendi Et ſacer
dos tenetur eam dare ei. Et ea ha
bita tenetur querere confeſſorem q̄
nullam noticiā habeat de perſona
cum qua peccauit Et conſulo ſacer
dotibus curatis vt faciles ſint ad ta
les licentias concedendas. quia ex
hoc duplex bonū prouēit. Unum ē
quia ipi exonerātur. Aliud ē q2 alij
apertius ⁊ melius ac ſecurius cōfitē
tur. Sed nūquid mulier que pecca
uit cum curato ſuo: tenetur ei confi
teri? Dico ꝙ cum verecundia ſit ma
gna pars ſatiſfactiōis: et homo nō
tātum verecūdetur de illo qui eſt cō
ſcius ſceleris quātū đ vno alio: mu
lier iſta nō debet illi cōfiteri: nec ipe
debet eam audire. imo debet ei dice
re. vade ad alium. tamē ſi cōfiteret̄
illi: et ipe eam abſolueret. eſſet abſo
luta. Sacerdos autem curatus cui
cōfitebit̄. Dico ꝙ quando ſibi com
mittitur cura ſi ipſe peteret licētiam
ꝙ poſſet eligere cōfeſſorē. vel in cō
miſſione cure diceret ei Epiſcopus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ne ex hoc ꝙ habeis curam animaꝝ
alioꝝ : detrimentum anime tue pati
aris: concedimus tibi vt poſſis elige
re idoneum confeſſorem : qui te ab
ſoluere valeat: eſſet multum ſecurū
Tenetur tamen communiter: ꝙ in
commiſſione cure : detur eis talis li
centia implicite. alias commiſſio cu
re eſſet eis nociua. Sed nūquid ex
hoc poſſunt confiteri ſimplicibus ſa
cerdotibus . qui non habent actori
tatem audiendi confeſſiones. Dico
ꝙ nō de rigore iuris. Et eſt duplex
ratio. Una quia iſte nō eſt modus
dandi iuridictionem ei. qui alias nō
habet. Alia: quia licet curati ſint li
centiati : ꝙ poſſint confiteri: tamen
iſti nō ſunt licentiati : ꝙ poſſint eos
audire. Credo tamen ꝙ ex quo E
piſcopi ſciunt ꝙ curati confitentur i
ſtis : et ipſi abſoluunt eos : et non
prohibent: imo diſſimulāt . videtur
eis tacite dare poteſtatē audiendi ⁊
abſoluendi curatos. Notandum au
tem ꝙ ſi aliquis ſit in periculo mor
tis. et non poſſit habere copiaꝫ con
feſſoris ſacerdotis: poteſt et debet cō
fiteri laico fideli et non excommuni
cato. Habetur de penitentia di. i.
Quem penitet Et de conſecratiōe
di. iiij. Sanctum. Et Auguſtinus
Tanta eſt vis confeſſionis : vt ſi e
mineat articulus neceſſitatis. et de
eſt ſacerdos confiteatur proximo J
ta tamē ꝙ talis confeſſio non eſt ſa
cramentum cum deſit ibi iſtud quod
eſt formale in ſacramēto. ſ. poteſtas
clauis. Ratione tamen voluntatis
bone quam portendit in verecundi
a. quam incurrit abſoluitur a deo.
Et ille qui audit confeſſionem tene
tur orare pro eo dicendo Miſereat
tui ⁊ c. ſi ſciat . vel pater Pater nr̄

Ita tamen ꝙ ſi euadat periculuꝫ te
netur iterū confiteri illi. qui poteſt
eum abſoluere .

### De quibus facienda eſt confeſſio .c.v.

Expedito quaſi ſuper
ficialiter cui eſt con
feſſio faciēda. reſtat
videre de quibus d̄
bet fieri. Et ē ſciē
dum ꝙ fieri debet d̄
peccatis Ita d̄icitur in pſalmo Dixi
confitebor aduerſum me iniuſticias
meas domino . et tu remiſiſti impie
tatem peccati mei. Dicit iniuſticias
non iuſticias. Et in canonica iaco
bi. Confitemini alterutrum pecca
ta veſtra. non bona vel virtutes. ſi
cut faciebat phariſeus dicens. Gra
tias ago tibi domine . quia non ſuꝫ
ſicut ceteri homines fornicatores a
dulteri . vel etiam vt hic publicanꝰ
ieiuno bis in ſabbato . decimas do
omnium que poſſideo. Debet ergo
confeſſio fieri de peccatis Notandū
aūt ꝙ peccatorum quedam ſunt ve
nialia. quedam mortalia. Quantū
ad peccata venialia ſimpliciter loqn
do non ſunt confitenda d̄ neceſſitate
cum enim de natura ſua ſint venia
lia. quod etiam ipm nomē importat
poſſunt per ſe veīam cōſequi ſiue p̄
peītētiam iteriorem . habēdo. ſ. con
tritioēꝫ i gen̄rali de ipis. ſiue per ex
teriorem aſſumptam . ſicut per per
cuſſioēm pectoris et ſimilia. Unde
eſt notādum. ꝙ peccata veīalia mul
tis modis remittūtur etiā abſqꝫ con
feſſioē. Uno modo per confeſſioēm
gen̄ralē que fit i prima et i comple
torio et i pricipio miſſe. Alio modo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per benedictionem episcopalem. et idem credo non tamen aſſero de benedictione ſacerdotis ⁊ que fit in fine miſſe. Alio modo per aſperſionē aque benedicte. de conſecratōne di. .iij. Aquam ſalis conſperſam benedicimus: vt ea cuncti aſperſi ſanctificētur. Alio modo per percuſſioēm pectoris. Alio modo quando quis dicit deuote orationem dominicam ſcilicet Pater nr̄. et hoc virtute illius verbi: et dimitte nobis debita noſtra ⁊c̄. Alio modo vt dicunt aliqui per ingreſſum eccleſie conſecrate. et intelligo quando ingreditur cauſa orationis vel deuotionis Alio modo per deuotam ſuſceptionem alicuius ſacramenti potiſſime ſacramenti eucariſtie. vt dicitur de conſecratione di. ij. Cum omne crimen. Intelligas tamen qn̄o dico ſic vel ſic pc̄ca venialia dimitti ⁊ intelligo quando perſona non habet niſi pc̄ca veniali a. quia ſi haberet peccata mortalia nunq̄ȝ remitterentur ſibi venialia. quouſq̄ȝ mortalia eſſent dimiſſa. Q̄ȝuis peccata venialia quantum ē de ſui natura: non ſunt de neceſſitate confitenda. tamen multuȝ eſt cōgruuȝ et maxīe viris perfectis; ſic̄ ſunt religioſi et prelati: ꝙ confiteantur. quia pena eoruȝ multum minuitur virtute clauium. Notandum tamē ꝙ in caſu contingit: ꝙ homo teneť confiteri peccatum veniale. et hoc propter dubium. ſ. quando dubitat probabiliter de aliquo: vtꝝ ſit mortale vel veniale. quia ſi non peniteat de eo ſicut de mortali ; diſcrimini ſe exponit. ideo debȝ confiteri ſicut iacet in conſcientia ſua et iudicio ſacerdotis relinquat: vtrum ſit mortale vel veīale. Et conſulo ſacdoti ꝙ nō ſit nimis pronus ad iudicādū peccata mortalia. ſed poteſt dicere eſſe peccatum. et inducere hömineȝ ad penitentiam. Tenetur etiam homo confiteri peccatum veniale ꝑꝑt eccleſiaſticum ſtatutum. qn̄o. ſ. non habet remorſuȝ conſcientie de aliq° peccato mortali. Quia cuȝ ex ſtatuto eccleſie teneatur quilibȝ confiteri in quadrageſima: talis tenetur confiteri et cuȝ non habeat pc̄ca mortalia que confiteatur: oportet ꝙ confiteať peccata venialia. Dicunt tamē aliqui ꝙ ſufficit ꝙ preſentet ſe ſacerdoti dicēs. Dn̄e ego non habeo cōſcientiam de aliquo peccato mortali tamen preſento me vobis: vt videatis conſcientiam meam Primuȝ tamen reputo ſecurius. Tenendum ergo eſt nō eſſe neceſſarium cōfiteri peccata venialia ſcd̄m ꝙ talia ſunt. eſt tamē multum vtile et expediēs. ſic teneť quis ad cōfitēduȝ ea de bono ⁊ equo aīo niſi in duob⁹ caſib⁹. vel quia ligatur a conſcīētia. ſ. qn̄o dubitať: vtruȝ ſit mortale vel veniale. vel ligatur a cōſtitutōe eccleſiaſtica. ſ. qn̄o nō habeat mortalia que cōfiteatur. Quātū ad peccata mortalia dico ꝙ omnia peccata mortalia tā māifeſta q̄ȝ occulta teneť quilibet diſtincte et ſingulari confiteri. ⁊ ſi exciderunt amemoria ſua tenetur laborare quantum poterit ꝙ recordetur Quod autem teneatur confiteri peccata mortalia manifeſta etiaȝ confeſſori patet. ꝙ ad hoc ꝙ ſacdoȝ abſoluat peccatoreȝ oportet ꝙ ſciat peccata vt deus cuius locum tenet. ſed non poteſt ſciř vt deus niſi dicatur ſibi in confeſſione. ergo quantūcunq̄ȝ ſit manifeſtum peccatum confeſſori peccator debet ei ip̄m dicere i



(c) 2006 Ministerio de Cultura

confeſſione. Unde ſicut in foro iudiciali nõ ſufficit: ꝙ iudex ſciat cauſã vt priuata perſona: imo oportet ꝙ ſciat eam vt iudex: ita in foro penitentiali non ſufficit: ꝙ confeſſor ſciat peccatum vt homo: imo oportet ꝙ ſciat ipſum vt deus. i. ꝙ dicatur ſibi in confeſſione. Tenetur etiã cõfiteri peccata: quantuncũqȝ ſint occulta. Cuius ratio eſt. ſicut enim medicus corporalis non poteſt dare ſalubre remedium: niſi cognoſcat infirmitatem. ita confeſſor qui eſt medicus anime: nunqȝ poteſt imponere ſalubrem penitentiã niſi cognoſcat peccatum. non poteſt autem cognoſcere peccatum occultum: niſi reueletur ſibi in confeſſiõe. Oportet ergo ꝙ peccatum quantuncũqȝ occultũ confiteatur. Juſtum enim eſt ꝙ peccator qui non erubuit peccare in cõſpectu dei. cui nihil poteſt occultari non erubeſcat ipſũ confiteri homini confeſſori Apparet ergo ꝙ peccata mortalia quecunqȝ ſint ſiue occulta ſiue manifeſta oĩa ⁊ ſingula diſtĩcte et ſingulatim ſunt confitenda. Sed nunquid circũſtantie peccatorum ſunt confitende. Dicendum ꝙ circũſtantie peccatorum que ſunt attendendę in confeſſione in hoc verſu continentur

Quis quid vbi per quos quotiens cur quomodo quando. quilibet attẽdat anime medicamia dãdo. Quis vtrum ipſe peccator ſit maſculus vel femina ſenex vel iuuenis nobilis vel ignobilis liber vel ſeruus in dignitate ſeu officio poſitus ſeu conſtitutꝰ. aut priuatus ſane mentis vel inſanꝰ ſciens vel ignorans. ſolutus vel cõiugatus. clauſtralis vel clericus vel laicus cõſanguineus vel affinis vel extraneus chriſtianus vel hereticus iudeus vel pagãꝰ et ſimilia. Quid vtrum commiſit adulterium vel fornicationem. vel ſtuprum homicidiũ vel ſacrilegium. et ſimilia. Jtem vtrum illud quod perpetrauit ſit enorme vel mediocre vel paruum. Jtem vtrum ſit manifeſtum vel occultum. Jtem vtrum ſit antiquum vel nouum et ſimilia. Ubi. ſ. ſi i loco prophano an ſacro in domo dñi an alibi Per quos. ſ. ſi inter mediatores et inter nuncios quia omnes tales facit participes criminis ⁊ dãnationis. ⁊ ipſe eſt reus pro peccatiſ eorum. Jterum per quos. i. cum q̃bus et pro quibus et contra quos. Quotiẽs. i. quotiẽs cognouit adulterã vel fornicariã. vtrũ vnã vel plures. Uel quotiens dixit proximo vba contumelioſa vel iniurioſa. et qꝰtiens iterauit iniurias. ⁊ ſimilia. vulnus eĩ iteratum tardius ſanatur. Cur. ſ. quali tentatiõe vel occaſiõe hoc fecerit. Et vtrum preuenerit ipſam tentatiõem vel occaſiõem. vel fuerit preuẽtus ab ea. Jterum vtrum ſpõte vel coactus et qua coactiõe cõditionali videlicet an abſoluta. Jterum vtrum cupiditate an paupertate. Jterũ vtrum ludo an nocẽdi aĩo ⁊ ſimilia. Quoꝰ. i. ꝺ moꝰ agẽdi vel patiẽdi. quod meliꝰ actu ꝙ̃ locutiõe ſciẽ. Quãdo. ſ. ſi i tempore ſacro. puta diebus feſtiuis quadrageſima vel diebus ieiuniorum vel aliis diebus. Jterum ſi ãte acceptam pñĩtẽtiam vel poſt frãgẽdo ipam pñĩtẽtiã

Jſte ergo ſunt circũſtãtie. que ſunt in oĩni pccõ attẽdẽde quarũ quedã reſpiciũt perſonam peccãtis. ſic iſta quis. quedam reſpiciũt ipſum peccatũ. ⁊ hoc quãtum ad ſubſtãtiam facti. ⁊ ſic eſt quid. vel quãtũ ad mo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum agendi. et ſic eſt quomodo/ vel
quantum ad cauſam finalem. et ſic
eſt cur/ vel quantum ad cauſam iu
uantem. et ſic eſt per quos/. vel quā
tum ad frequentiam act⁹. et ſic ē q°
tiens./ quedam reſpiciunt tempus.
et ſic eſt quando/ quedam reſpiciūt
locum. et ſic eſt vbi/. Harum autē
circunſtantiarū quedaꝫ mutant ſpe
ciem peccati. ſicut accipere rem ali
enā inuito dn̄o eſt pcc̄ꝫ furti: modo
iſti peccato addatur iſta circunſtātia
vbi. i. ꝙ accipiatur de loco ſacro: iā
mutatur ſpecies peccati. quia nō ſo
lum eſt furtum: imo etiam eſt ſacrile
gium. Similiter cognoſcere nō ſu
am eſt fornicatio: addatur iſta circū
ſtantia quid. ſ. ꝙ iſta non ſua ſit cō
iugata: iam eſt adulteriuꝫ. vel ꝙ ſit
virgo: iam eſt ſtuprum. vel ꝙ ſit cō
ſanguinea: iaꝫ eſt inceſtus. Vel ad
datur iſta circunſtātia quomodo. ſ.
ꝙ nō cognoſcatur modo debito: iaꝫ
mutatur ſpecies peccati. quia ē pec
catum contra naturam. Similiter
inebriari de natura ſua nō eſt pecca
tum mortale: addatur iſta circunſtā
tia quotiens. i. ꝙ habet iam in vſu
ꝙ inebriet ſe: iam eſt peccatum mor
tale. Similiter percutere alium in
iurioſe eſt peccatum: addatur iſta cir
cūſtātia qs. i. ꝙ ille q̄ percutitur ſit
clericus: iam mutatur ſpecies: quia
iam eſt ibi excommunicatio. Et ita
de alijs circūſtantijs. Quedam ve
ro circunſtantie non mutant ſpecieꝫ
peccati. tamen aggrauant peccatū
verbi gratia. cognoſcere ſolutaꝫ nō
ſuam eſt fornicatio. modo ſi addat̄
iſta circunſtantia quādo. i. ꝙ cogno
ſcatur tempore ſacro. licet non mu
tet̄ ſpecies peccati. tamen aggrauat̄
Vel addatur iſta circūſtātia q̄o. i.
ꝙ fornicatur publice ⁊ māifeſte. cer
te iam aggrauatur peccatum. et ſic
de alijs circūſtantijs Quedam autē
alie circunſtantie alleuiant peccatuꝫ
ſicut percutere clericum eſt peccatū
addatur iſta circunſtantia cur. i. ꝙ
aliquis percutiat eum ludo. iam mi
nuitur peccatum. Accipe rem alie
nam ē peccatum. addatur iſta circū
ſtantia quando. quoniam ſi accepit
eaꝫ tempore magne neceſſitatis cer
te minuitur peccatum. ⁊ ſic de alijs
Patet ergo ꝙ circunſtantiarum q̄
daꝫ mutant ſpeciem peccati. quedā
aggrauant ſed non mutant quedaꝫ
alleuiant. Modo de circunſtantijs
mutantibus ſpeciem peccati dicunt
concorditer doctores. ꝙ ſunt de ne
ceſſitate confitende. Unde non ſuf
ficit dicere in confeſſione. accepi reꝫ
alienam. imo ſi accepta fuerit de lo
co ſacro oportet ꝙ exprimatur dicē
do accepi iſtud de eccleſia vel de tali
loco. Non eniꝫ ſufficit dicere pecca
ui cum muliere. imo oportet ꝙ exp̄
matur. ſi erat coniugata vel virgo
vel vidua vel conſanguinea vel reli
gioſa. ⁊ ita de alijs. De circunſtan
tijs autem aggrauantibus ſed non
mutantibus peccatuꝫ eſt diuerſitas
inter doctores. nam quidam dicunt
ꝙ tenentur confiteri de neceſſitate.
alij dicunt ꝙ non de neceſſitate. eſt
tamen multum congruum et vtile.
ꝙ confiteātur. et hoc maxime viris
perfectis et intelligentibus. Et cre
do ꝙ confeſſores debent interrogar̄
de huiuſmodi circunſtātijs. et potiſ
ſime ſimplices. De hoc tamē magiſ
dicetur infra De circūſtātijs autem
alleuiantibus dicūt doctors ꝙ non
debēt confiteri. niſi forte interroge
tur de eis Ex dictis ergo patet quo



(c) 2006 Ministerio de Cultura

modo peccata tam venialia ꝙ̄ mortalia ſunt confitenda. Que autem ſunt peccata mortalia dicetur aliq̄liter infra. quando agetur de interrogationibus fiendis in confeſſione. quia ſi poneretur hic: iterum oporteret ponere ibi.

### De conditionibus quas dꝫ habere cõfeſſio. c. vi.

Ad ſciendum qualiſ debet eſſe confeſſio notanduꝫ: ꝙ dicit propheta in ſecundo pſalmo penitentiali: vbi ponit ſumarie conditiones confeſſiõis dicẽs Dixi confitebor aduerſum me iniuſticias meas domino. ⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei Ubi innuit ꝙ confeſſio debet eſſe primo premeditata. ideo dicit dixi. i. in corde meo diſpoſui. Secundo debet eſſe aperta non palliata. ideo dicit cõfitebor. i. non palliabo. Tertio debet eſſe accuſatoria. ideo dicit aduerſuꝫ me. i. contra me non excuſando vel defendendo me. Quarto debet eſſe verecundoſa. ideo dicit iniuſticias. i. peccata d̄ quibus homo verecundatur Quinto debet eſſe propria. ideo dic̄ meas non alienas. Sexto meritoria. nam ſequitur tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ut autẽ magis particulariter procedamꝰ: notandũ eſt: ꝙ ad hoc ꝙ confeſſio proficiat debet habere ſexdeciꝫ cõditiones. que continentur in his verſibus. Sit ſimplex humilis confeſſio pura fidelis. Atqꝫ frequens nuda diſcreta libens verecunda. Integra ſecreta lacrimabilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans et ſit parere parata Dicit ergo ſit ſimplex. Simplex dicitur quaſi ſine plica. vnde confeſſio debꝫ eē ſine plica alicuiꝰ falſitatis. ita ꝙ non taceatur verum. nec ãmiſceat falſum. etiam humilitatis cauſa. Unde Auguſtinus. Cum humilitatis cauſa mẽtiris: ſi non eras peccator anteq̄ꝫ mentireris: mentiẽdo efficieris Unde confitẽs non debet celare quod fecit. nec debꝫ dicere qđ non fecit. ſed ſimpliciter et de plano narrare peccata ſua. Quia vt dicit ſapiens: qui ambulabat ſimpliciter ambulat confidenter. Secunda cõditio eſt ꝙ ſit humilis. Talis fuit confeſſio illiꝰ publicani: de quo dicit Chriſtus in Luca: ꝙ non audebat oculos ad celum leuare. ſed percutiebat pectus ſuuꝫ dicens Deus propicius eſto mihi peccatori. et ideo receſſit iuſtificatus. Ideo dicit beatuſ Petrus Humiliamini ſub potenti manu dei. vt vos exaltet in tempore viſitatõnis. quia vt dicit Job humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Tertia conditio eſt ꝙ ſit pura: ꝙ non fiat propter ypocriſim vel propter vanam gloriam. ſed fiat pure propter deum. et non fiat timore ſeruili. i. timore pene inferni. ſed timore filiali. ideſt timore offenſe diuine. ſicut dictum eſt ſupra de contritione. Fiat etiam ſine omni fictione. quia talis confeſſio eſſet confeſſio lupi. De quo fabuloſe narratur. quia ſemel cõfitebatur. et confeſſor dixit ei. pacis ſigna facis. animuꝫ tamen extimo prauuꝫ. quaſi diceret licet ꝓtendas cõtritionem et penitentiã in facie. maliciã tñ ꝯtines i aĩo Quarta cõditio eſt vt ſit fidelis. ſ. vt tã cõſſ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tes q̃ʒ cōfeſſor ſit in fide catholica. ⁊ fiat ſcdm doctrinam eccleſie non ſecundum doctrinam hereticorum ita etiã quod fiat ſub ſpe venie. ne ſit ſicut cōfeſſio iude proditoris qui poſt q̃ʒ fuit optime confeſſus dicens. peccaui tradens ſanguinem iuſtum. deſperauit de venia. et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Probantur iſta de pẽitentia diſtinctione prima Quoniãʒ penitẽʒ. ⁊ diſtinctiõe ſexta Quivult Quinta conditio eſt q͂ ſit frequens quod dupliciter intelligendũ eſt. Uno modo vt ſi frequenter ceciderit per peccatum mortale frequenter reſurgat per penitentiam. Et de hoc habetur de penitentia diſtinctione ſecũda. Reperiuntur ſepties in die cadit iuſtus. et capitulo. Adhuc inſtant perfidi Alio modo vt etiam eadem peccata frequenter confiteatur Unde Auguſtinus Quanto confitebitur pluribus quis turpitudineʒ criminis: tanto facilius conſequitur veniam remiſſionis De hoc tamen quomodo ad hoc teneatur quis. agetur infra quando agetur de iteratione confeſſiõis Sexta conditio eſt. q͂ ſit nuda. quia non debet confiteri per nuncium vel per epiſtolam. ſʒ viua voce et ore proprio pñtialit̃ vt qui p ſe peccauit: per ſe erubeſcat Item non debet confiteri verbis vel nominibus criminum palliatis. ſed quolibet peccatum ſuo proprio nomine. quãtumcunqʒ turpe exprimat tamen honeſte ⁊ omnes circunſtantias quantũcunqʒ turpes ⁊ abominabiles exprimat. vt ſic tota ſanies a poſtematis expellatur. De circunſtantijs quomodo ſunt confitende: habes ſupra capitulo precedẽti. Nota etiam: q͂ mutus poteſt et debʒ cōfiteri per ſigna. et homo qui eſt alterius lingue ⁊ ydiomatis: ita q͂ ſi cōfeſſor non intelligeret eum: debʒ cōfiteri per interpreteʒ. et interpres ita tenetur ſeruare ſecrete confeſſionem ſicut ſacerdos. Notandum etiam: q͂ ſi aliquis ſcribat peccata ſua ĩ carta: vt melius recordetur de eis: ⁊ legat cartam coram confeſſore benefacit. Septima conditio eſt: vt ſit diſcreta. ſcilicet vt diſticte ⁊ ſeparatim confiteatur ſingula peccata ſua. nõ confuſe. iuxta illud pſalmiſte Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ Lauabo inquit idest in confeſſione per ſingulas noctes idest per ſingula peccata. lectum meum idest cõſciẽtiam meam. Item vt eligat peritum iudicẽ. Auguſtinꝰ Sacerdotem q̃re: qui te ſciat ligare et ſoluere. De hoc quere ſupra: cui facienda eſt cōfeſſio. Octaua conditio eſt: q͂ ſit libens idest voluntaria. vt non ſit ſicut confeſſio Acor. qui coactus confeſſus eſt ⁊ lapidatus. ſed ſit ſicut cōfeſſio dextri latronis in cruce. Licet enim dolere debeat propter peccata que commiſit: debet tamen gaudere propter vitaʒ anime quaʒ recuperat vnde conuenit dolor ⁊ gaudiũʒ eſſe ſimul ⁊ ſemel in eodẽ ſubiecto Juxta illud pſalmiſte Secũdũ multitudinem dolorũʒ meorũʒ in corde meo: conſolationes tue letificauerunt animam meam. Nona conditio eſt q͂ ſit verecunda. Cum magna verecũdia peccator debet confiteri. ⁊ ſic meretur veniaʒ. Auguſtinus Laborat mens patiendo erubeſcentiaʒ et quoniam verecundum eſſe eſt magna pena. qui erubeſcit pro chriſto fit dignus venia. De penitentia diſtictiõe pma Oĩm penitet. Nõ tñ de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bet eſſe tanta verecundia: ꝙ propter
eam dimittat dicere veritatem Un
de ſapiens. Ne confundaris pro a
nima tua dicere verum. quoniam eſt
confuſio adducens peccatum. et eſt
confuſio adducẽs gloriam Decima
conditio eſt: ꝙ ſit integra. vt ſcilicet
dicat omnia peccata non diuidendo
ea inter duos ſacerdotes. ſed omnia
dicat vni nihil penitus dimittendo.
Deus enim ſumme bonus opus im
perfectionis non nouit. aut totum
hominem ſanat: aut nihil. verſus de
hoc. Summa dei pietas veniam nõ
dimidiabit. Aut nihil aut totum te
penitente dabit. Auguſtinus. Ca
ueas ne verecundia ductus diuidas
confeſſionem Undecima conditio ẽ
ꝙ ſit ſecreta tam ex parte confitentis
ꝙ̃ ex parte confeſſoris Ex parte con
fitentis: vt non proiicet peccata ſua
in plateis ne alii ſcandelizẽtur i pec
cato ſuo. et ne ſit de illis qui gloriã
tur cum male fecerint. Quomodo
autem debet eſſe ex parte confeſſoris
ſecreta dicetur infra quando agetur
de ſigillo confeſſionis. Duodecima
conditio eſt ꝙ ſit lacrimabilis Et de
hoc dicit Jeremias. Per diem ⁊ no
ctem non des requiem tibi. neq; ta
ceant pupille oculi tui Johãnes cri
ſoſtomus. Lacrime lauant delictum
quod pudor eſt confiteri Et in veri
tate magnum ſignum contritionis
ſunt lacrime potiſſime in homine a
dulto. Nam in paruulo et in mulie
re non eſt multum curandum de la
crimis. Nam de mulieribus dicit
Ouidius Ut flerent oculos erudiere
ſuos. Terciadecima conditio eſt:
ꝙ ſit accelerata ideſt feſtina. Et de
iſta conditione require ſupra capitu
lo quãdo facienda ẽ confeſſio Quar
tadecima conditio ẽ: ꝙ ſit fortis exẽ
plo beate Marie magdalene. que a
deo fuit fortis in penitendo propter
amaram interius compunctionem:
et contritionem: ꝙ nullo pudore ob
ſtante fuit confeſſa publice turpitudi
nem peccatorum ſuorum Sic pecca
tor debet eſſe fortis in penitendo et
confitendo: ꝙ pro nullo retrahatur
a confeſſione peccatorum. Quia ſcri
ptum eſt. Fortis eſt vt mors dilectio
Quintadecima conditio ẽ: ꝙ ſit ac
cuſatoria. ꝙ ſcilicet dicat ſe commiſiſ
ſe peccatum ex propria malicia accu
ſando ſe fortiter nõ pretendens accu
ſationes in peccatis. ſicut fecerunt
primi parentes. Unde ſapiens Ju
ſtus in principio accuſator ẽ ſui. ve
nit amicus eius ⁊ inueſtigabit eum.
Iſte amicus eſt deus. Et niſi pecca
tor modo accuſet ſe coram iſto ami
co ideſt coram ſacerdote dei vicario:
i futuro habebit multos accuſatores
ſcilicet deum et propriam conſcienti
am diabolum ⁊ peccatum ⁊ etiam to
tum mundum. Quia vt dicit ſapi
ens. Pugnabit orbis terrarum con
tra in inſenſatos. Si autem modo
accuſet ſe: deus excuſabit eum Sex
tadecia conditio eſt ꝙ ſit pere para.
ideſt ꝙ ſit obediens. Auguſtinus.
Ponat ſe penitens omnino in pote
ſtate iudicis et i iudicio ſacerdotis ni
hil reſeruans ſibi. vt omnia eo iubẽ
te paratus ſit facere pro recipienda
vita anime. quecunq; faceret pro e
uitanda corporis morte ⁊ hoc cum d
ſiderio. quia vitam recuperat infini
tam Cum gaudio enim debet facere
immortalis futurus: que faceret ꝑ
differenda morte moriturus. Ray
mundꝰ in ſumma ſua addit alias du
as conditiones Prima eſt ꝙ ſit pro

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pria. vt ſcilicet ſeipſum accuſet ⁊ nõ alium Unde pſalmiſta Deus vitã meam annunciaui tibi. vitam inq̄3 meam non alienam. alias ſi crimen vel peccatum alterius proderet: nõ eſſet criminis illius correctoꝛ. ſed ꝓditoꝛ vel detractoꝛ. Unde nullus debet nominare alium in confeſſiõe nec ſacerdos deb3 interrogare de nomine Fallit autem iſtud: niſi circunſtantia facti eſſet talis: ꝙ aliteꝛ non poſſet confiteri peccatum puta ſcilic3 qꝛ cognouit matre3 filia3 vel ſororẽ ſuã vel ſimilia. Quid aũt ⁊ quomodo ſit faciendum de facto iſto: dictu3 eſt iam ſupra capitulo: cui facienda eſt confeſſio. Secunda conditio q̄3 addit Raymũdus in ſumma ſua: ẽ ꝙ ſit moroſa. vt non dicantuꝛ peccata trãſcurſu ſicut campſores computãnt numos. ſ3 cũ maturitate ⁊ mora atq3 deliberatione Ut ex hoc attendatuꝛ deuotio. ⁊ maioꝛ habeatuꝛ contritio et verecundia. Confiteaẽ ergo verus penitens iuxta formam predicta3. ⁊ habita remiſſione peccatoru3 habebit in paradiſo premia beatorum at ſocietatem angelorum.

## De iteratione confeſſionis; capitulum ſeptimum.

LIcet vt dictum fuit ſupra in capitulis p̄cedentibus: multu3 ſit vtile ⁊ fructuoſũ frequenteꝛ confiteri aliquando tamen ẽ neceſſarium. ſcilicet vt frequenteꝛ cõfiteatuꝛ. Notandum eſt ergo ꝙ doctores ponunt aliquos caſus in quibus de neceſſitate ſalutis ẽ confeſſio iteranda. Primus caſus eſt propꝛ enormitate3 ſcelerum. ſicut quando aliquis habet aliquem caſum enoꝛmem vel talem. de quo confeſſoꝛ vel ſacerdos curatus ſuus non poteſt eum abſoluere. ⁊ remittit eu3 ad ſupiorem ſuum vel ad talem qui habeat poteſtatem eu3 abſoluendi vel ſuper talem caſum conſulendi tunc debet confeſſionem quam primo fecerat inferiori iterare dicto ſuperiori. vt ſciat que penitentia eſt ei imponenda. aut quomodo eſt ſuper illud conſulẽdu3. niſi ſuperioꝛ committeret vices ſuas quantu3 ad caſu millum inferiori Probatur iſte caſus. xxxiij. queſtione ſecundo capitulo, Latorem. Extra de penitentia et remiſſione. Significauit Secundus caſus eſt propteꝛ ignorantiam confeſſoris. Si enim confeſſoꝛ vel curatus ſuus ſit imperitus. ⁊ ne ſciat ſibi imponere penitentiam ſalutarem pro peccatis ſuis confeſſis debet eum remittere ad confeſſorem peritu3 qui ei ſciat imponere penitentiam ſalutarem et iſte tenetuꝛ peccata primo confeſſa iterum confiteri iſti. vnde Aug. Sacerdotem quere qui te ſciat ligare ⁊ ſoluere. Tertius caſus eſt ꝓ cõtemptu ſatiſfactionis Unde quãdo quis fuerit cõfeſſus de pccãtis: ⁊ cõtẽpſerit acere penitentia3 ſibi impoſita3: ⁊ exciderit a memoꝛia: que fuit illa penitentia: tenetuꝛ iteru3 confiteri illa eade3 peccata ſi recoꝛdatuꝛ de eis Probatuꝛ iſte caſus de penitentia diſtinctione tertia. Si apoſtolus. Diſtinguendum eſt tamen in iſto caſu quia aut iſte confitetur eidem confeſſori: cui primo fuerat cõfeſſus: aut alij. Si confitetur eidem confeſſori: ſi ille confeſſoꝛ recoꝛ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tis Peculiuꝫ caſtrenſe ē: qđ acquiſi
uit ex militia Peculiuꝫ quaſi caſtrē
ſe eſt: quod acquiſiuit ex ſcientia vel
alio artificio honeſto. Intellige eti
am: niſi videat pauperē in extrema
neceſſitate conſtitutam. De filio eti
am eunti ad peregrinationeꝫ vel exi
ſtenti in ſtudio intellige ſicut dixi ſu
pra ď monacho. ⁊ multo minꝰ ſeruꝰ
vel ancilla poteſt facere elemoſinam
de rebus dominorum. niſi forte fue
rit eis commiſſa amminiſtratio bono
rum domus. quia tunc poſſent face
re moderate: ſi ſcirēt ꝙ domino nō
diſpliceret.

Cui debet dari elemoſina.

Elemoſina nō debet
dari niſi indigenti.
Et hoc ſonat nomē
elemoſine. Dicitur
eniꝫ elemoſina ſecū
duꝫ quod dicit ebre
ardus ab elyſ. quod eſt miſerere. ⁊
moys. quod eſt aqua quaſi miſeroꝝ
id eſt indigentiuꝫ aqua. Horuꝫ aūt
qui petunt elemoſinam: quidā petūt
quaſi ex debito. ſicut religioſi mendi
cantes. qui predicant ⁊ celebrāt quo
tidie pro benefactoribus ſuis. et iſti
dummodo conſtet eos habere iſtud
officium: ſunt omnibus alijs preferē
di Et dicuntur iſti petere quaſi ex ď
bito qꝛ non ſolū dātur eis tempora
lia: imo accipiuntur ab eis ſpirituali
a. Unde in perſona talium dicit a
poſtolus. Si ſpiritualia vobis ſemi
namus: nō eſt mirum ſi temporalia
veſtra metamus Alij petunt tantū
pro vite ſue ſuſtentatiōe. ſicut iſti pau
peres qui mendicant. Et i iſto caſu
aut homo poteſt omnibus dare aut
non poteſt Si poteſt omnibus dare
tunc debet dare omnibus abſqꝫ aliq̄
diſtinctione. Et ad hoc inducunt e
xempla Abraam et Loth qui quo
niam omnes ſuſcipiebant indifferē
ter hoſpitio: angelos receperunt ſi
enim aliquos repellerent forſitan in
ter illos āgelos repuliſſent Et i hoc
caſu ait Johānes Griſoſtonꝰ Qui
eſcamus ab hac ſurda et nefanda ac
diabolica curioſitate. ſcilicet diſcernē
di inter pauperem ⁊ pauperem non
enim ex vita eoruꝫ quos accipis vel
quibus das mercedeꝫ tibi retributu
rus ē deus. ſed ex voluntate ⁊ bono
rificentia multa ex miſericordia ⁊ bo
nitate. xlij. diſ. Quieſcamus Item
Gregorius. xi. q. iij. Quoniam in
fine. vbi dicitur ꝙ etiam excommu
nicato danda eſt elemoſina. Et hoc
intellige tam de excommunicato ꝙ̄
de quolibet alio notorio peccatore.
Quod intelligendum eſt niſi ſaturi
tate cibi negligerēt iuſticiaꝫ. ⁊ fierēt
deteriores. quia in tali caſu non eſt
eis fiēda elemoſina. vt dicit Augu
ſtinus. ⁊ ponitur. v. q. v. cap. Nō
omīs Et hoc intelligas niſi eſuriat
ad mortē tūc eiꝫ quātūcūqꝫ neglige
rēt iuſticiā ďbet paſci niſi forte videt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſecularis damnaſſet eos propter ſcele
ra ſua ad moriendū fame In ſecun
do caſu vbi non poteſt dare omnibꝰ
poſito ꝙ omnes equaliter indigeant
dicit Ambroſius nouē eſſe conſide
randa. ſcilicet fidem. cauſam. locū
tempus. modūm. neceſſitudinē ſan
guinis propinquitatem. etatem. de
bilitatem. conditionem ſiue nobili
tatem. Fidem quia fidelis preferen
dus ē infideli. Cauſā: quia ſi duo
tenerentur capti: vnus propter cul
pam ſuā et alius ſine culpa: iſte eſſ
preferendus alij Locū. quia captꝰ
ſiue detentus in carcere eſt preferen
dus illi qui poteſt ire liber quocūq;
vult Tempus. quia ſi vnus eſt in
tempore preſequutionis eſt preferen
dus alij qui nullam perſequutionē
patitur. Modum. vt non totū vni
detur. nec ſimul effūdantur opes ſed
diſcrete diſpenſentur. niſi forte ex to
to aliquis vellet relinquere mundū
Neceſſitudinem vt magis indigens
minus indigenti preferatur. San
guinis propinquitatem. vt propin
quus preferatur extraneo. Etatem
quia ſenes ſunt iuuenibus preferen
di. Debilitatē. quia infirmus ē pre
ferendus ſano. ⁊ debilis forti Nobi
litatē. vt nobilis preferatur ignobi
li. Et iſtud totum intelligendum ē
ceteris paribus. Talis enim condi
tio poſſet eſſe ex vna parte: ꝙ refor
maretur pactū in contrarium. Sꝫ
pone quidā habet patrem infidelē
qui indiget elemoſina. ⁊ extraneus
fidelis indiget etiā elemoſina. ipſe
non poteſt ſubuenire vtriq;. ſed vni
tantū. cui ſubueniet: patri infideli
aut extraneo fideli. In iſto caſu di
cunt aliqui ꝙ pater infidelis eſt pre
ferendus extraneo fideli in exhibitio
ne nutrimēti Sed extraneus fidelis
eſt preferendus patri infideli in dile
ctione. ar. xxx. di. c. i. Et fundatur
iſta oppinio ſupra illud preceptum.
Honora patrem tuū ⁊c. Et hoc
intelligatur: ſi equaliter indigeant
Si enim extraneꝰ indigeat ad mor
tem ⁊ pater non: extraneus eſſ pre
ferendus patri Alij dicunt econtra
. ſ. ꝙ boni extranei ſunt malis pro
pinquis preferendi. Quis iſtorum
verius dicat lectoris iudicio relinq̄t

## Quomodo debet fieri elemoſina.

Quia ſecundum phi
loſophū in ethicis
modus imponit ſpe
ciem actui: quod in
telligo de ſpecie mo
ris: nō enim ſufficit
facere bonum: niſi bene fiat. Unde
precepit dn̄s Moyſi: iuſte qd̄ iuſtū
eſt exequeris Ideo ad hoc ꝙ elemo
ſina ſit meritoria: requitur ꝙ debito
modo fiat Unde debet fieri elemoſi
na gratanter ſiue letanter. Unde
Apoſtolus Qui tribuit in ilaritate
nō ex triſticia aut ex n̄ceſſitate Ilarē
eiū datorē diligit deus. Secundo
debet fieri latenter. Unde ſaluator
Cū facies elemoſinā: noli ante te
tubā canere ſic̄ ypocrite faciūt. Et
ſequitur te aūt faciēte elemoſinā ne
ſciat ſiniſtra tua. quid faciat dextra
tua. Tertio debet fieri abundanter
et hoc ſecundum facultates dantis.
Unde Thobias Fili ſi multū tibi
fuerit abundanter tribue. ſi autem
exiguum: illud exiguum impartiri
ſtude. Quarto prudenter vt fiat ſe
cūdum formā traditā capitulo p̄cedē
ti Quīto debꝫ fieri cū intentiōe re

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cta. vt ſcilicet fiat propter deum. nõ ad vanam gloriam. Unde ſicut ait Gregori⁹. Unde celu3 mereri poterat: non ventum tranſitorij fauoris querat.

De ieiunio .c.iij

Secũda pars ſatiſfactionis eſt ieiunium de quo dicit i Thobia Bona eſt elemoſina cu3 ieiunio Notandum tamen: ꝙ triplex eſt ieiunium. Primum ẽ abſtinẽtia corpis a cibo materiali. Secundu3 ẽ afflictionis a gaudio temporali. Tertiu3 eſt ſpirituale. ſcilic3 abſtinere a peccato mortali Et hoc triplici ieiunio debemus caſtigare iumentum noſtrum. Parum enim ꝑficit ieiunare a cibo: niſi ieiunetur a peccato Unde Iſayas Quare ieiunamus. et non aſpexiſti. Humiliamus animas noſtras. ⁊ neſciſti Loquitur in perſona ieiunantiu3 in peccato mortali. et ſubdit reſpõſione3 i perſona dei Ecce ad lites et contentõnes ieiunatis et percutitis pugno impie. Et ſequitur Nunquid tale ẽ ieiuniu3: qd elegi: quaſi dicat: ꝙ nõ imo iſtud Diſſolue colligationes impietatis. ſolue faſciculos deprimentes et omne onus videlicet peccati dirumpe. Frange eſurienti panem tuũ ⁊ egenos vagoſ3 induc i domũ tuam. Cum videris nudum operi eum. et carnem tuam ne deſpexeris. Et eſt notandum: ꝙ dominus inſtituit ieiuniu3 in paradiſo. ſed poſtea ſanctificauit in deſerto. quando ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Ad hoc autem ꝙ ieiunium ſit meritorium: quatuor debent ip3 comitari. ſcilicet largita leticia. hora ⁊ menſura De largitate dicit Hieronymus Quod manducaturus eras ſi nõ ieiunares: da pauperibus. vt ieiunium tuu3 ſit ſaturitas anime. non marſupij lucru3 Et Gregorius Illud ieiunium deus approbat: qd ad eu3 mã⁹ elemoſinaru3 leuat Idem illud quod tibi ſubſtrahis: alteri largire. vt vnde caro tua affligitur: inde indigẽtis proximi caro releuetur. De leticia dicit Chriſtus cum ieiunatis: nõ eritis ſicut ẏpocrite triſtes. exterminant eni3 facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes De tertio ſcilicet de hora notandu3 eſt: ꝙ hora comedẽdi in diebus ieiuniorum eſt hora nona vel circa. Ita tamẽ ꝙ ſecundum quod dicit Thomas in quarto ſuo. Non oportet aſpicere aſtralabium. ſed ſufficit ꝙ non anticipetur nimis notabiliter hora Unde dicitur i primo Regum ꝙ Ionathas qui anticipauit horam adiudicatus fuit morti. De quarto ſcilic3 de menſura notandum ꝙ ieiunans debet comeder multum ſobrie. Unde dicit beatus Petr⁹ Sobrij eſtote Et ſobrietas iſta attenditur tam in qualitate cibi ꝙ̃ in quãtitate. In qualitate quidẽ vt nõ comedãtur cibaria prohibita ſicut carnes vel lacticinia. et ſimilit̃ non querantur cibaria exquiſita vel exquiſito modo parata. Uide ꝺ hoc ſupra capitulo de interrogationibus fiendis i confeſſiõe Sobrietas etiã attendenda eſt in quantitate. vt nõ ſumatur cibus niſi quantum ſufficit ad ſuſtentationem nature. Superfluitas enim cibi multa mala facit. quia prouocat ad luxuriam. ⁊ omne bonu3 opus diſſoluit. Unde in figu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ra huius legitur in quarto libꝛo re
gum: ꝙ nabuzardã . qui interpreta
tur princeps coquorum: per quem
intelligitur ventris ingluuies ; de
ſtruxit muros Hierusalẽ. per quos
intelligũtur virtutes anime fidelis
Auguſtinus. Mens auiditate cibo
rum laſſata perdit orationis virtutẽ
Notandum etiam ꝙ ieiunium debi
to modo obſeruatuꝫ tria bona facit
: Primo enim eleuat mentem ad cõ
templationem diuinorum. Secun
do reprimit ſtimulum carnalium vi
ciorum . Tertio impetrat gratiam
virtutum et celeſtium premiorum .
Et iſta tria tanguntur in prefatiõe
que cantatur in quadrageſima : in
qua dicitur ſic . Qui corporali ieiu
nio vicia comprimis. q̃ntum ad ſecũ
dum . Mentem eleuas . quantum
ad primuꝫ. Virtutem largiris et p̃
mia. quantum ad tertium . Notan
dum etiam ꝙ per ieiuniuꝫ intelligũ
tur omnes afflictiones corporales.
ſicut vigilie peregrinationes flagel
la et ſimilia

De oratione . c. iiij.

ORatio que eſt terti
a pars ſatiſfactõis
diffinitur ſic a Da
maſceno. Oratio ẽ
pius affectus men
tis in deuꝫ tendẽs.
plerũqꝫ ne pigritetur in vocem pro
rumpens. Vel ſic. Oratio eſt con
geries vocum ad aliquid impetran
dum in deum tendẽtiũ. Notandum
ꝙ in oratione non debent peti tem
poralia ad minus principaliter. ſed
debent peti ſpiritualia et pertinenti
a ad ſalutem. iuxta illud Primum
querite regnuꝫ dei et iuſticiam eius
⁊ hec omnia . ſ. temporalia adicient
vobis. Que autem petenda ſunt i
oratione: oſtendit Chriſtus quãdo
diſcipulis dicentibus Magiſter do
ce nos orare : dixit Cum oratis di
cite pater noſter ⁊ c̃. Et de hoc do
cebitur infra in tertia particula vbi
tractabitur iſta materia in ſpeciali.
Notandum autem ꝙ ad hoc ꝙ ora
tio ſit m̃ritoria et ſatiſfactoria requi
ritur: ꝙ habeat. xiij. conditõnes. ſ.
ꝙ ſit fidelis ſecura humilis diſcreta
deuota verecunda ſecreta pura lacri
moſa attenta feruida operoſa et aſſi
dua. De iſtis non plus proſequor.
quia ꝺ ſe ſunt nota cuilibet aduerte
re volenti. Valet autem oratio pre
cipue contra vicia ſpiritualia . Vn
de Hieronymus ſuper illum locuꝫ
Hoc genus demoniorũ non eiici
tur niſi in oratõne et ieiunio: ait ſic
Medicina cuilibet morbo eſt adhi
benda. non ſanat oculum ; quod ſa
nat calcaneuꝫ Ieiunio ſanantur pe
ſtes corporis. oratione ſanantur pe
ſtes mentis. Si autem queratur: q̃
iſtarum trium partium ſatiſfactiõis
ſit dignior et potior . ſ. elemoſina o
ratio vel ieiunium: dicenduꝫ ꝙ ſi cõ
parentur quantuꝫ ad obiectum : qđ
immediate reſpiciunt vel quantum
ad materiam circa quam ſunt: ſic o
ratõ eſt dignior ⁊ potior aliis duabꝰ
Oratio enim habet deum pro ime
diato obiecto . vt patet ex eius diffi
nitione. nam oratio eſt pius affectꝰ
mentis tendens in deum ⁊ c̃. Ele
moſina habꝫ pro im̃diato obiecto
miſeriam proximi. quia ad hanc re
leuandam ordinatur . Ieiunium e
tiam habet pro immediato obiecto
laſciuiã carnis. qꝛ ad hanc refrenã
dam ordinatur. Oratio eſt etiaꝫ cir



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ca ſpiritualia . elemoſina et ieiuniuꝫ
circa corpalia . q̃re mãifeſtũ ẽ : ꝙ q̃ꝫ
tũ ad hoc oĩo ẽ dignior ⁊ potior ele
moſina et ieiũio . Si autem cõparẽ
tur quantuꝫ ad habitum : ſic elemo
ſina eſt potior oratione et ieiunio .
quia elemoſina continet in ſe oratio
nem et ieiunuꝫ . Ille enim qui dat
elemoſinam indigenti : obligat ipm̃
ad orandum deum pro ſe . et ſic oĩo
includitur in elemoſina . Ille enim
qui facit elemoſinam : eſt particepſ
ieiunij et abſtinentie illius : qui reci
pit eam . et ſic ieiunium in elemoſi
na cõtinetur . Unde credo ꝙ elemo
ſina eſt vtilior et potior ad ſatiſfaciẽ
dum oratione et ieiunio . Et videẽ
iſta eſſe intentio beati Pauli in epi
ſtola ad Timotheum . vbi dicit ſic .
Exercere teipm̃ ad pietatem . i . ad
elemoſinam . nam corporalis exerci
tatio . i . ieiunium ad modicuꝫ vtilis
eſt . pietas auteꝫ . i . elemoſina ad oĩa
valet promiſſionem habens vite . q̃
nunc eſt et future .

Que penitẽtia debet im
poni ꝑ quolibꝫ pc̃c̃o . c . v .

Quanto peccatum ẽ
grauius : tanto cete
ris paribus debet ĩ
poni maior ⁊ graui
or ſatiſfactio pro eo
Et dico ceteris pa
ribus : quia talis circũſtantia poſſet
eſſe ex parte perſone peccantis . vel
etiam ex parte peccati ꝙ minus gra
ui peccato deberet impõi grauior ſa
tiſfactio . verbi gratia cõſtat ꝙ inter
ficere matrem eſt grauius peccatuꝫ
q̃ꝫ interficere vxoreꝫ . et tñ grauior
penitentia debet ipoñi de iure vxori
cide q̃ꝫ matricide . Et ratio eſt : qui
a penitentia debet eſſe talis : ꝙ ſit re
medium peccati preteriti et cautela
futuri . Et ideo quia homines ſunt
magis proni ad vxoricidium q̃ꝫ ad
matricidiuꝫ : vt magis retrahãtur :
maior penitentia debet imponi pro
vxoricidio q̃ꝫ pro matricidio Et ex
ſimili cauſa maior penitentia debet
imponi iuueni lubrico q̃ꝫ ſeni Sed
ceteris paribus quando peccatum̃ ẽ
grauius : tanto maior penitentia dꝫ
imponi pro eo . Ad videndũ ergo q̃
penitentia debet imponi pro vnoq̃
q̃ꝫ peccato : videnduꝫ eſt de gradibꝰ
peccatoruꝫ . quod . ſ . peccatũ eſt gra
uius altero . Notanduꝫ ergo ꝙ gra
uitas poteſt attendi in pc̃c̃atis tribꝰ .
modis . Uno modo circa idem pec
catum . et hoc duobus modis . vnoꝰ
ex parte cauſe inducẽtis ad peccatũ
Nam ſcd̃m ꝙ dicit Gregorius pec
catum tribus modis committit . nam
aut ignorantia aut infirmitate aut
ſtudio . i . ex certa ſcientia ꝑpetratur
Modo peccatuꝫ quod perpetratur
ex infirmitate ẽ grauiꝰ : q̃ꝫ ſi perpe
traretur ex ignorantia : ſed multo
grauius ẽ ſi perpetraretur ex certa
ſcientia . de penitentia di . ij . Sicut
ſciendũ . vnde maior penitentia eſt
imponenda pro peccato perpetrato
ex infirmitate . i . ex tentatõne vel ex
fragilitate . q̃ꝫ pro pc̃c̃o ꝑpetrato ex
ignorantia . et multo maior ꝑ pc̃c̃o
ꝑpetrato ex certa ſciẽtia . Et ẽ con
tra hoc qḋ dc̃m ẽ illud qḋ dic̃ ãbroſi
us dicẽs . Grauiter pc̃cat qui ſibi ꝑ
mittit impunitate . ſed grauiꝰ qui con
temnit . ſed grauiſſime qui ignorat
quod exponẽdũ ẽ . grauiſſime . i . peri
culoſiſſime . qꝛ ſpãliter penitẽtia nõ
agit̃ de peccato quod ignorat̃ . vnde

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Johannes os aureum Nullum in
uenitur tale ĩmediū contra peccata
ſicut eorum continuata memoria .
de pe. di. iij Judas. Et hoc intelli
gas cū recordatur homo de pcc̄o ad
contritionem non ad delectationem
Alio modo poteſt attendi grauitas
circa idem peccatum ex parte ipſius
peccati. Nam vt dicit Auguſtinus
tribus gradibus peruenitur ad pec
catum. ſ. ſuggeſtione delectatōne co
ſenſu. ita ipius peccati tres ſunt dif
ferentie. ſ. peccatum in corde in ope
re et in conſuetudine. ita ꝙ peccatū
in opere eſt grauius q̃ in corde. ſed
grauiſſimuz eſt in conſuetudine. vñ
iſte tres differentie peccatoruz intel
liguntur per tres mortuos: quos
Chriſtus legitur ſuſcitaſſe. ſ. filiaz
archiſinagogi. filium vidue et La
zarum. Puellaz ſuſcitauit in domo
ecce peccatum cogitationis. Puez
in porta ciuitatis. ecce peccatum o
perationis. Lazarum quatriduanū
in monumento. ecce peccatum con
ſuetudinis. Puellam ſuſcitauit tan
tum verbo. Puerum verbo et mo
tu. Lazarum vero verbo fletu et la
crimis. Ad oſtendendum ꝙ maior
penitentia eſt imponenda pro pecca
to operationis: q̃ pro peccato cogi
tationis. ſed multo maior pro pcc̄o
cōſuetudinis. Alio modo poteſt at
tendi grauitas inter diuerſa pcc̄ata
ita tamen ꝙ ſint eiuſdem generis.
Sicut dicit Auguſtin⁹ de peccatis
luxurie dicens Adulteriū malū vin
cit fornicationem. vincitur ab ince
ſtu Peius eſt eiz cū matre q̃ cuz a
liena vxore concubere. ſed horuz oī
um peſſimum: quod contra naturā
fit Tertio modo poteſt attendi gra
uitas ĩ peccato. et hoc inter diuerſa
peccata diuerſorum generum. ſicut
dicit Auguſtinus ꝙ grauius eſt ho
micidiuz: q̃ adulteriuz. xxxiij. q. ij.
Siquid verius. Et vniuerſaliter
peccata que directe cōmittuntur cō
tra deum. ſicut ydolatria. hereſis
blaſfemia ⁊ ſimilia: ſunt grauiora a
liis Et de hoc magis dicetur in ter
tia parte quando agetur ꝺ decem p̄
ceptis. Viſo quomodo eſt gradus
in peccatis videndum eſt quo° ſe dꝫ
habere ſacerdos circa impoſitionez
penitentie. circa quod ſciendum: ꝙ
communis ſententia doctoruz tenet
ꝙ omnis penitentie ſunt arbitrio ſa
cerdotis taxande. et hoc conſidera
tis criminis quantitate ⁊ qualitate
iteruz perſone dignitate officio pau
pertate infirmitate ſiue dbilitate. cō
plexione ſiue conſuetudine ſocietate
lacrimis deuotione regionis et tem
poris qualitate. necnō et omnibus
aliis circunſtanciis ſuprapoſitis Vn
de leo Papa. Tempora penitudis
habita moderatiōe conſtituenda ſūt
tuo iudicio. prout conuerſorū aīos
proſpexeris eſſe deuotos. Item in
octaua ſinodo Hoc ſit poſitū in iu
dicio eorum: qui preſunt. vel quan
to tempore vel quali modo penitere
debeant: qui delinquūt. xxvi. q. vij
Tempora hoc ſic. Hoc idem dicit
Hieronymus de. pe. di. ſ. Menſu
rā. Ut aūt magis pticulariter ſciant
ſimplices ſacerdotes: quomodo in i
poſitione penitentiarū procedere de
beant: notandū ꝙ regulariter pro
periurio adulterio fornicatione hōi
cidio volūtario et ceteris criminib⁹
capitalibus eſt ſeptennis penitentia
imponenda. et hoc duplici ratione.
vna eſt quia deus precepit Mariā
ſororem Moyſi lepra percuſſam: p

quā intelligitur lepra cuiuſlibet pec
cati mortalis : ſepteʒ diebus egredi
extra caſtra ⁊ poſt emundationeʒ re
dire ad caſtra. hc̄ ratio pōi̇t .xxxiij.
.q.ij. Hoc ipm̄. Et ſcd̄m hoc per
diem intelligimus annū .iuxta ver
bum domini dicentis per prophetā
Diem pro anno dedi tibi. Alia ra
tio ē: vt ſicut per peccatum mortale
peccator amiſit ſeptiformē grām ſpi
ritus ſancti: ita per penitentiā ſeptē
nem eam recuperet. Notandum au
tem ꝙ licet vt dictū eſt: pro huiꝰmo
di criminibus ſit imponenda penitē
tia ſeptennis: tamen magis vel mi
nus aſpera debet impōi. prout ma
ioritas vel minoritas criminis pen
ſatis ceteris circūſtātijs hꝰ expoſcit
vt in ſequentibus apparebit Sunt
nāqȝ plures caſus pro quibus pro
pter peccantis dignitatem vel pecca
ti enormitateʒ imponitur maior pe
nitencia. vel etiam ex varijs cauſis
minor. Nam preſbiter ſi fornicatō
nem cōmiſerit debet agerē penitenti
am decem annorum ſcd̄m formam
traditam di.lxxxij. Preſbiter. Et
iſtud intelligunt quidaʒ de ſimplici
fornicatione. Alij vero et forte ve
rius de inceſtu vel adulterio. vtpo
te quia cognouit conſanguineam:
vel affinem vel coniugatam. Item
preſbiter ſi cognouit filiā ſuam ſpi
ritualem: quam baptizauit vel de ſa
cro fonte leuauit vel cuius confeſſi
onem audiuit vel in confirmatione
tenuit: debet agere penitentiam du
odecim annorum. et etiam debet de
poni. et ipſa debʒ derelinqre res ſu
as paupibus. et in monaſterio deo
vſqȝ ad mortē ſeruire. xxx.q.i. Si
quis ſacerdos. Item qui cognouit
monialem debet agere penitentiam
decem annorū. et ipa ſimiliter ſcd̄m
formā poſitā. xxvi.q.i. De filia de
uota. Matricida debet penitere de
cem annis ſcd̄m formā ſatis aſperā
poſitā. xxxiij.q.ij. Latorē. Uxori
cide adhuc imponitur grauior pn̄ia
xxxiij.q.ij. Admonere. Nota etiaʒ
ꝙ parentibus in quoꝝ lectis inueni
untur filij mortui: ille ex cuius cul
pa contigit: ſi ſit ſolutus induci dʒ
vt intret monaſterium eiuſdem epiſ
copatus: vbi peccata ſua perpetua
deploret penitentia. ſi tamen nō po
terit hoc ꝓpt̄ carnis fragilitateʒ
indu . cōcedenda eſt ei licētia cōtra
hēdi matrimoniū ipoſita ſibi graui
penitentia in ſeculo remanenti. Si
militer non dʒ induci ingredi mōa
ſterium in alijs duobus caſibus, qꝰ
rum vnus eſt ſi alter coniugū viuit
niſi forte coniunx vellet ſimilit̄ igre
di. alius caſus ē ſi hʒ filios puos a
quibus non pōt recedere. niſi aliqs
timens deuʒ ſine ſuſpicione filios e
ducaret Si autē neſcient̄ iſtud acci
derit. puta quia negligēt̄ collocaue
rit ſecū in lecto. et in mane inuenit
eū extinctum debet agere vt dicunt
aliqui doctores penitentiam trium
annorum. quorum vnus ſit in pāe
⁊ aqua. extra de his q̇ filios occide
runt. c.i.ij.⁊.iij. et .iiij.q.i. Con
ſuluiſti. Pro homicidio caſuali eſt i
ponenda penitentia quinqȝ ānoꝝ.
quando culpa precedit caſum. alias
nulla. niſi forte ad cautelam .l.di.
Si qui. ⁊ duobꝰ capitulis ſeqn̄tibꝰ
Et credo ꝙ idē iudicium eſt in hōi
cidio neceſſario De iſta materia vid̄
in tertia parte in tractatu de decem
preceptis De vicio ſodōitico quātū
ſit deteſtabile pʒ p auguſtinuʒ dicētē
ꝙ longe maiꝰ crimē eſt qȝ cognoſcer̄
matrem. patʒ etiā p penā ſodōitis i
flictam. qui igne et ſulphure ō cele

(c) 2006 Ministerio de Cultura

miſſis perierunt. Iſtud etiam pecca
tum clamat ſpecialiter vindictã ad
dominum. Unde in geneſi dicit de
us Clamor ſodomorũ et gomorre
orum venit ad me. Et vt ait Au
guſtinus per iſtud peccatum violat
ſocietas: que nobis debet eſſe cũ deo
cũ eadẽ natura cui⁹ ipe eſt autor:
libidinis perverſitate polluitur. xxxij
q. vij. flagitia. De iſto etiã pecca
to dicit idẽ Auguſtin⁹ Videns de⁹
in humana natura tantũ nefas cõ
tra naturã fieri: fere deſiit incarna
ri. Et infinita mala de iſto nefãdo
crimine poſſunt dici. eſt enim tante
maledictionis: q non ſolũ act⁹ ſed
etiam ipa prolatio os loquentis au
res audientium ipſa quodammodo
polluit elemẽta Et iſtud male cogi
tant hiſpani. pueri enĩ in cunabu
lis exiſtentes: et etiam mulieres ve
recũdia muliebri poſtpoſita illud ne
fandũ et execrabile verbũ qđ caſtel
lani nominant: omnibus ſuis vbis
immiſcent. Ex quo vt dictũ eſt os
loquentis ⁊ aures audientiũ et etiã
ipa elementa polluunt. Unde labi
a talium deberent cum ferro candẽ
ti cautherizari. vnde credo q huiuſ
modi nefandiſſimo crimine graviſſi
mam penitentiam eſſe iniungendã
Multa alia crimina ponuntur in di
verſis capitulis in corpore decretorũ
pro quibus eſt maior penitẽtia q̃
ſeptennis imponenda. que omitto
hic. Qui talia crimina de iure et de
conſuetudine reſervantur iudicio e
piſcoporũ. quos bene credo: talia in
ra multo melius me ſcire. Tñ etiã
qz indiſtincte credo omnes penitenti
as hodie eſſe arbitrarias. i. arbitrio
ſacerdotis taxandas penſatis cõtri
tione conditione peccatoris ⁊ omni
bus alijs circunſtantijs. Unde tan
ta poſſet eſſe contritio confitentis: q
pro maximo peccato eſſet ei modica i
mo nulla penitentia iponenda. Si
cut fecit dñs Clemẽs quart⁹. qui
dum quadam die equitaret per Ro
mam: quedã mulier que de remotiſ
ptib⁹ venerat: acceſſit ad eũ portãs
vnũ puerũ puulũ in brachijs et vo
ce magna cum magnis lacrimis cla
mavit: pater ſancte miſerere mei pec
catricis. et da mihi penitentiam. qz
habui iſtum puerum quem porto a
filio meo. Et Papa coram omni
bus abſolvit eam. impoſuitqz ei pẽi
tẽtiã. q ieiunaret ferias ſextas per
vnũ ãnũ in pane et aqua. Et mu
lier recedens revolvens ſe cum gra
vitatẽ peccati et parvitatẽ penitentĩ
e credidit. q Papa nõ bene intelle
xiſſet eã. et in craſtinũ acceſſit ad pa
pam equitantẽ. et confeſſa eſt ſicut
pri⁹. ⁊ Papa abſolvit eã impoſita
penitentia. q diceret tria pater nr̃.
Et mulier itaqz recedens et ſecum
vt prius peccatum ⁊ penitentiã re
volvens iterato ad Papã rediit. et
corã omib⁹ vt prius fecerat cõfeſſa
fuit. quã Papa abſolvit imponens
ei. q diceret vnũ pater nr̃. Et cum
interrogaret. quare ita modicã pẽi
tentia iponeret ei. reſpondit. pl⁹ aſ
cendit dolor et verecundia quã paſ
ſa eſt confitendo ita publice peccatũ
ſuũ. qz ſi in omib⁹ diebus vite ſue ie
iunaret in pane et aqua. Exemplo
ergo iſto confeſſor in ipoſitõne pẽitẽ
tie dz attẽdere cõtritionẽ et dolorem
et verecũdiã cõfitẽtis. et ſcdm q vi
debit maiorẽ vel minorẽ contritiõ
nẽ maiorem vel minorem peniten
tiam dz imponere. Notandũ tñ q
pro peccato vbi eſt facienda renũciatõ
ſic in ſymonia vel reſtitutio ſic i fur
to rapina depdatio incendio vſura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

frandulentia et doloſa negociatione
ludo ſcõm diſtinctionez ſuprapoſitã
debet primo impõi: ꝙ renunciet vel
reſtituat ſi poteſt. et ſi non poteſt ꝙ
habeat animũ reſtituendi. et doleat
quia non poteſt. et promittat: ꝙ ſi
deus det ſibi de q°: ꝙ reſtituet alias
non abſoluatur: nec penitentia ei i
ponatur. Notandũ etiã ꝙ ſacerdos
ſemper debet iniungere penitentiaz
per cõtrariũ correſpondentẽ ipi pec
cato. vt ſupbo orõem. auaro elemo
ſinam. luxurioſo abſtinentiam. et ſi
videatur expedire peregrinatõnem
vel loci mutationem. vt ſic macere
tur caro ⁊ refrenet̃ et nõ refricet̃ ad
delectationẽ ex mẽoria facti vel aſpe
ctu perſone vel loci. cum qua et in
quo peccatũ eſt perpetratũ. lxxxi. di
Ualet. et. xv. q. i. Mulier. Notã
dum etiam ꝙ debꝫ cauere ſacerdos
ꝙ non imponat penitentiam ſeruo
per quam fiat p̃iudiciũ dño. nec diſ
cipulo per quaz fiat preiudiciuz ma
giſtro nec econuerſo. Et iſtud potiſ
ſime caueat circa virum et vxorem.
ꝙ non imponat penitentiam vni ꝑ
quaz fiat preiudiciũ alteri. Sed po
natur aliquis peccator confitetur ⁊
penitet de pc̃tis ſuis vel dicit ſe pe
nitere. non tñ vult ſubire onus pe
nitentie dicens ſe delicatuz vel infir
mum vel male complexionatuz vel
ſimilia. quid fiet de iſto. Dico ꝙ ſi
dicat ſe penitere de peccatis. et pro
ponat ſe decetero abſtinere. tamen
allegans fragilitatez recuſat ſatiſfa
ctionis aſperitatem: debet ſacerdos
ipſum inducere vt habeat animum
paratum ad oẽm ſatiſfactionem por
tandã oſtendendo ſibi magnitudinẽ
peccatoꝝ ſuoꝝ. et que et quanta bo
na amiſit propter iſta peccata. que

omnia recupabit per penitẽtiã. oſtẽ
dendo etiam que ⁊ quanta ſuſtinuit
Chriſtus pro peccatis nr̃is: q̇ tñ e
rat ſumme delicatus. et quot ⁊ quã
ta ſuſtinuerunt ſancti patrẽs marty
res et cõfeſſores et ſancte virgines
tenere et delicate a peccatis imunes
Quanta ergo penitẽtia debetur tã
tis ⁊ talibus peccatis. que tu cõmi
ſiſti. ⁊ multa alia dꝫ oſtẽdere ei. Et
ſi cũ oĩbus iſtis nõ poteſt eum indu
cere. imponat ei talem pñiam quaz
veriſimiliter credat euz portare poſ
ſe. Et ad hoc inuitat nos exemplũ
chriſti. qui nunq̃ꝫ legitur grauẽ pe
nitẽtiam impoſuiſſe. niſi vade et am
plius noli peccare. Unde Johan
nes griſoſtõ⁹ ſup illũ locũ. Alligat
onera grauia ⁊c. dicit ſic. Si er
ramus modicam penitentiaz impo
nentes. nonne melius eſt propter mi
ſericordiam rationem dare. q̃ꝫ ꝑpt̃
nimiam crudelitatem ſuccũbere per
tentem. xxvi. q. vij. Alligãt. Au
guſtin⁹. Si non poteſt ſacdos gau
dere d̃ oĩmoda peccatoris purgatõe
gaudeat ſaltem. quia liberatũ a ge
henna mittit ad purgatorium. Ex
quo patet ꝙ ſi pñia impoſita a ſacer
dote non eſt condigna complebitur
in purgatorio. Iterũ pone aliquis
confitet̃ peccata ſua nõ tñ vul abſti
nere ab eis. vel vult abſtinere ab v
no ⁊ non ab alio. nunquid talis eſt
ãmittendus ad pñiam Dico ꝙ con
feſſor debet cõfeſſionem iſtius recipe
non tñ debet eum abſoluere. ſed de
bet ei d̃ peccatis confeſſis ſalubrius
cõſiliũ quod poterit exhibere. ⁊ cõſu
lere ꝙ faciat aliquã pñiam ꝑ pecca
tis ſuis. ⁊ inducet̃ eũ ad bonum q̃ꝫ
tum poterit. Et omia bona q̃ de cõ
ſilio ſacdotis iſte faciet quãtuncũq̃ꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

informia. i. ſine caritate facta q̃uis non valeant ſibi directe ad vitam eternam obtinendam: tamē valebūt ſibi ad quatuor. vel ad aliquod ip̄orum. Primo ad extremi iudicij ſupplicium tolerabilius ſubeundum. de penitentia di. iij. Siquis autem non habens caritatem. Secundo ad temporalem proſperitatem obtinendam. de penitentia di. iij. Canendū. xxij. q. ij. Si quilibet. Tertio ad hoc vt citius illuſtretur cor eius ad penitentiaꝫ. de pe. di. ij. ꝙ fal ſas. in fine. Quarto qꝛ diabolꝰ nō poteſt ei tantum nocere. ſicut patet de iudeo de quo narrat Gregorius in libro dyalogorū. ꝙ quia ſe ſignauerat: demōnes non potuerunt ei nocere. Ex dictis patet: ꝙ ad hoc ꝙ penitētia ſit ſatiſfactoria ⁊ meritoria: oportet ꝙ ſit facta in caritate. i. ꝙ ille qui facit eam ſit ſine peccato mortali. Sed pone alicui penitenti fuit iniuncta penitētia: anteq̃ꝫ cōpleat penitentiaꝫ labitur in peccatū mortale. et exiſtēs in illo peccato cōplet penitentiam iniunctam. poſtea redijt ad ſtatum gratie. valet illa penitentia. vel tenetur eam iterare. Ad hoc dicit Thomas in quarto ſuo ꝙ quedam ſunt opera ſatiſfactoria. quorum effectus manet poſtq̃ꝫ ip̄a ſunt facta. ſicut poſtq̃ꝫ facta eſt elemoſina: adhuc manet eius effectꝰ ſcilicet diminutio ſubſtantie temporalis dantis. Similiter poſtq̃ꝫ aliquis ieiunauit: remanet effectus ieiunij. qui eſt debilitas corporis ieiunantis. Et talia quāuis ſint in peccato mortali facta: non oportet ꝙ iterentur. Alia ſunt opera ſatiſfactoria que poſtq̃ꝫ facta ſunt: nihil remanet de his. ſicut eſt oratio. ⁊ ideo ſi fiat in peccato mortali: oportet ꝙ iteretur. Unde ſi alicui fuit iniūctū in penitentia ꝙ dicat centuꝫ pr̄ nr̄. ſi dicat ea exiſtens in peccato mortali: non implet penitentiam ſuam. immo oportet ꝙ exiſtens in gratia reiteret illa centum. Secus de elemoſina et ieiunio. vt dictuꝫ eſt. Et circa hoc ſciendum eſt ꝙ opera facta in caritate mortificantur per ſequens peccatum mortale. et viuificantur poſtea peꝛ veram penitentiam ſi ſequatur. Sed illa que nunq̃ꝫ fuerūt viua. i. illa qua fuerūt facta in peccato mortali nunq̃ꝫ poſſunt viuificari

Utrum vnus poſſit ſatiſfacere pro alio .c. vi.

NUnc reſtat videre: vtrum vnus poſſit pro alio ſatiſfacere. Circa q̄d ſciendum eſt ꝙ iſte pro quo alius ſatiſfacit aut ē viuꝰ aut mortuus. ſi ſit viuus aut ip̄e poteſt per ſe ſatiſfacere aut non poteſt. Si poteſt dico ꝙ vnus non poteſt ſatiſfacere pro alio. Et ratio que me mouet ad hoc eſt iſta. Equitas eniꝫ diuine iuſticie exigit vt qui peccat ſatiſfaciat. ⁊ hoc ſi poteſt. ſꝫ iſte peccauit ⁊ pōt ſatiſfacere. vt ſupponit̄. ergo oportꝫ ꝙ ip̄e ꝑ ſe ſatiſfaciat. Si auteꝫ poteſt peꝛ ſe ſatiſfacere tunc dico ꝙ alius poteſt ſatiſfacere pro eo. ſꝫ ad hoc requiꝛunt̄ multa. quedam ex parte illius qui ſatiſfacit. quedam ex parte illius pro qͦ ſatiſfacit. quedam ex parte vtriuſq̃ꝫ quedam ex parte operis ſatiſfactorij. Ex parte illius qui ſatiſfac̄ requirit̄ proquinq̃ꝫ. ſ. ꝙ ille qui ſatiſfac̄ ſit



(c) 2006 Ministerio de Cultura

obligatus propinquitate sanguinis illi: pro quo satisfacit. Sicut credo ꝙ si pater esset impotens ad satisfaciendum: filius posset ceteris cōcurrentibus satisfacere pro patre. Et ratio est quia pater et filius sunt q̄si vna persona. Ex parte illius pro quo satisfacit requirit necessitas .s. ꝙ indigeat. et etiam impossibilitas. scilicet ꝙ non possit per se satisfacere Ex parte vtriusqꝫ requirit caritas scilicet ꝙ vterqꝫ sit in caritate. quia caritas est radix merendi. ⁊ sine ipa nullum opus est satisfactorium Ex parte operis requiritur maioritas. scilicet ꝙ ille qui satisfacit pro alio: faciat plusqꝫ faceret ille: pro quo satisfacit. Sicut si ille pro quo satisfacit esset obligatus ad ieiunandum vna feria sexta: non sufficeret: ꝙ ille qui faceret pro eo: ieiunaret illa feria sexta. imo deberet amplius ieiunare. Credo etiam ꝙ requiritur ꝙ fiat autoritate superioris. Si autem ille pro quo satisfacit sit mortu⁹ tūc aut est in paradiso: et tunc non indiget vt aliquis pro eo satisfaciat. Nā vt dicit Augustinus iniuriam facit martyri: qui orat pro martyre. qđ intelligendum est de quolibet existēte in paradiso. vt expresse dicitur extra de celebratione misse. c. Cum marthe. Aut est in inferno. et tunc scđm communem opinionem oīum theologorum nihil quod fiat pro eo proficit sibi. quia in inferno nulla ē redemptio. Aut est in purgatorio: et tūc potest satisfieri pro eo a viuis Et ita dicit Augustinus in libro đ agenda cura mortuorum. vbi dicit sic Non extimemus ad mortuos: pro quibus curam gerimus peruenire. nisi ꝙ pro eis siue altaris siue eleēmosinarū siue orationū sacrificijs supplicatur. xiij. q. i. Non extimemus Et Gregorius. Anime defūctorum quatuor modis soluuntur. aut oblationibus sacerdotū. aut orationib⁹ sanctorum. aut carorum elemosinis aut ieiunijs cognatorum. xiij. q. ij. Anime defunctorum. Licet autem de penitentia multa alia essent dicēda: hec tamen que dicta sunt breuitatis causa sufficiant propter operis imperfectionem veniam postulans a lectore. Et que corrigenda viderit ⁊ addenda non inuidenti animo: sed benigno corrigat et emendet.

Incipit tertia pars principalis huius libelli.

Qñiuz magistr ⁊ dñs iesus christus đ mūdo ascēsurus ad prē discipulos q' modo se hērent ad fideles quos suo redimirat sanguine instruens dixit Euntes docete ōs gētes. In q' rectores ecclesiarum discipulis succedētes istruxit ⁊ monuit. vt sibi subditos doctrina sana ⁊ salutifera informarēt. qđ in lege veteri pulcherrime extitit figuratū. vbi legit: ꝙ in rōnali iudicio legalis sacdos gerebat i pectore do

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctrina ⁊ vitas erāt ſculpta. In qua
re dabat̄ intelligi: ꝙ euāgelici ſacer
dotes veritatis doctrinaꝫ debent in
ſe gerere. ⁊ eam ſuis ſubditis nunci
are. alioquin ve eterne maledictiōis
incurrunt. Sicut eis per Iſayam
dñs cōminat̄ dicēs Ve vobis canes
muti non valentes latrare. Merito
enim rector eccleſiaſticus cāis dr̄. q2
latratu predicationis doctrine euāge
lice lupos. i. demones arcere debet
a grege domini. ⁊ dormiētes in pec
catis animas excitare. Sed tūc mu
tus efficitur: dum vel deſidia torpet
vel ignorantia tacet. Et ideo meri
to a domino reprobatur Qua ex re
ſummopere laborare debet: ⁊ ſolerti
animo vigilare ne diuine ſciētie igna
rus exiſtat Quinimo tantum de ea
ſcire tenetur. ꝙ ſciat officium ſuum
debite exequi et ſibi commiſſum po
pulum informare. ⁊ hoc quantū ad
ea q̄ ipe popul⁹ debꝫ ſcire. q̄ quo ad
nunc poſſunt reduci ad. v. videlicet
ad credenda· ad petenda ad faciēda
ad fugienda et etiam ad ſperanda.
Debet ergo rector eccleſiaſticus ſibi
ſubditos ſuos inſtruere: quid creden
dū. quid petendū. quid faciendum.
q̄d fugiendum. et etiaꝫ quid ſperan
dum. Primuꝫ continetur in articu
lis fidei. Secundum in petitionib⁹
orationis dominice. Tertium ⁊ q̄r
tuꝫ in preceptis decalogi Quintū
in dotib⁹ glorie paradiſi. Et de iſtiſ
in iſta tertia particula eſt agendum
Et ſecunduꝫ hoc iſta tertia particu
la In quatuor capitula diuiditur.
Capitulum primum de articulis fi
dei. Capitulum ſecundum de peti
tōnib⁹ dominice orationis. Capitu
lum tertiuꝫ de deceꝫ preceptis. Ca
pitulum quartuꝫ de dotibus bto4.

## De articulis fidei .c.i.

TEſte apoſtolo ſine
fidē impoſſibile ē pla
cere deo. Fides eīm
ē fundamētuꝫ bono
rum operuꝫ. ſine q̄
omnis edificatio cō
ſtructa deficit atqꝫ cadit. Iſta auteꝫ
fides in articulis fidei completiſſime
cōtinetur. qui articuli omnes in ſim
bolo colliguntur. Notandum auteꝫ
quatuor eſſe ſimbola. que licet ī ver
bis ſint varia: tamen in ſenſu et ſen
tentia ſunt vnum. Primum vocat̄
ſimbolum apoſtolorum. illud ſcilicꝫ
credo: ꝙ dicitur in completorio ⁊ in
prima. Et vocatur apoſtoloruꝫ. q2
apoſtoli recepta ſpūs ſancti gratia
illō compoſuerunt. ⁊ ex hoc vocatur
ſimbolum. quod dicitur a ſin quod
eſt ſimul. ⁊ bolus. quia quilibet a
poſtolorum appoſuit bolum ſuum.
Unde Petrus incepit dicens Cre
do in deum patrem omnipotenteꝫ ⁊c.
Et ceteri apoſtoli fuerunt reliqua ꝓ
ſequuti Secundum vocatur ſimbo
lum nicenum. q2 ſancti patres illud
in nicena ſinodo compoſuerūt. Et
iſtud cantatur in miſſa. ſicut dictum
fuit ſupra parte p̄ma tractatu de eu
cariſtia capitulo decimo. Tertium
vocatur ſimbolum Athenaſij. quia
ſanctus Athenaſius ipſū compoſu
it Et iſtud dicit̄ in p̄ma. ſ. Quicū
qꝫ vult ſaluus eſſe Quartum poteſt
vocari ſimbolū innocentianuꝫ ſiue
lateranenſe. quia fuit compoſitum
ſub Innocentio in conſilio lateranē
ſi. Et iſtud ponitur extra de ſumma
trinitate et fide catholica. Firmiter
credimus. Et ita ſicut in quatuor
euangelijs tota veritas doctrine et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fidei catholice et chriſtiane cōprehē
ditur : ita in iſtis quatuor ſimbolis
oēs articuli fidei continentur . Et
ſicut omnium euangeliorum doctri
na eſt vna : ita omnium iſtoru3 qua
tuor ſimbolorum eſt vna ſententia
atq3 fides . vt ſicut iuxta viſionē eze
chielis rota ſit in medio rote Mate
ria ergo iſtoru3 ſimboloru3 ſunt ar
ticuli fidei Qui quide3 articuli fidei
ab aliquibus dicuntur eſſe duodeci3
et ab aliquibus quatuordecim . Illi
qui dicunt eſſe duodecim diſtingunt
eos penes numerum duodeci3 apo
ſtoloꝝ qui ſimbolu3 vt dictum eſt cō
poſuerunt . et fidē catholica3 predica
uerunt . ⁊ eccleſiam fundauerunt .
Illi qui dicūt eos eſſe quatuordeci3
diſtingūt eos penes materiā de qua
ſunt Cum ergo materia de qua ſūt
articuli fidei ſit diuinitas et huma
nitas : quia dominus noſter . Jeſus
chriſtus verus deus et homo eſt : ſe
cundum ergo iſtos ſeptem ſunt arti
culi fidei pertinentes ad diuinitate3
et ſeptem pertinentes ad humanita
tem . Articuli ptinentes ad diuinita
tem diſtinguntur ſic . quia vnus re
ſpicit eſſentiam . tres reſpiciunt perſo
nas . et tres reſpiciunt opa perſona
rum . Ille qui reſpicit eſſentiam : eſt
credere in deū trinum et vnū . vnu3
quide3 in eſſentia ⁊ trinu3 in pſonis
Et contra iſtum articulum errauit
Manicheus . qui poſuit duos deos
vnum poſuit bonum et alterum ma
lum . Et propter hoc cum in ſimbo
lo apoſtolorum diceretur Credo in
deum : in ſimbolo niceno fuit additū
in vnum deum . Et de iſto articulo
dicitur in ſimbolo Athenaſij Fides
autem catholica hec eſt . vt vnu3 de
um in trinitate et trinitatem in vni
tate veneremur . quaſi dicat : creda
mus deum eſſe vnum in eſſētia ⁊ tri
num in pſonis Articuli ptinentes
ad pſonas ſunt tres Primus eſt cre
dere in perſonam patris . Et de iſto
dicitur in vtroq3 ſimbolo : patrē omni
potentem . ita ꝙ pater eſt prima pſo
na in trinitate . nō quidem priorita
te nature vel temporis . ſed ſolu3 pro
prietate originis . quia pſona patris
a nullo originatur . ſed alie perſone o
riginantur ab ea . Et iſtud tangitur
in ſimbolo athenaſij . cum dicitur pr̄
a nullo eſt factus nec creatus nec ge
nitus . Secundus articulus de illis
qui ptinent ad perſonas : eſt credere
in perſonam filij . Et de iſto dicitur
in ſimbolo apoſtoloru3 et in Jeſum
chriſtum filium eius vnicum Jta ꝙ
debemus credere ꝙ perſona filij nō
ſit nec creatur . ſ3 generatur a patre
⁊ hoc tangitur in ſimbolo Athena
ſij . cum dicit . Filius a patre ſolo eſt
nō factus nec creatus . ſed genitus .
Et contra iſtum articulum errauit
Arrius . qui dixit filium eſſe creatu
ram ⁊ minore3 patre . Jdeo contra
errorem Arrij fuit additum in ſim
bolo niceno : deum de deo lumē de
lumine deu3 veru3 de deo vero geni
tū non factum conſubſtātiale3 pa
tri Licet ei3 filius in quātu3 homo
ſit minor patre tamen in quātu3 de
us eſt equalis patri Jta dicit Athe
naſius Equalis patri ſecundum di
uinitatē minor patre ſecundum hu
manitatē . Fuerunt etia3 aliqui here
tici . qui dixerunt filiū eſſe genitu3 a
pr̄e ex tēpore ⁊ nō fuiſſe ab eterno .
Et cōtra iſtū errorē fuit additu3 in
ſimbolo niceno ⁊ ex patre natū ante
oīa ſecula . Tertiꝰ articulꝰ de illis q̄
ptinēt ad pſonas ē credere i pſonā ſpi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ritus ſancti. Et de iſto articulo dici
tur in ſimbolo apoſtolorum Credo
in ſpiritum ſanctum Ita ꝙ debem⁹
credere ſpiritum ſanctum eſſe verum
deum a patre et filio procedentem.
Ita dicit Athenaſius dicēs Spiri
tus ſanctus a patre et filio nō fact⁹
nec creatus nec genit⁹ ſed procedēs
Et cōtra iſtum articulū errant gre
ci dicentes ſpiritum ſanctum a ſolo
patre procedere. Unde contra erro
rem eoꝝ addidit romana eccleſia in
ſimbolo niceno: qui ex patre filioqꝫ
procedit Fuerunt etiam aliqui here
tici. qui dixerunt: ſpiritum ſanctum
eſſe creaturam ⁊ non deum Et con
tra errorem iſtorūꝫ fuit additum in
ſimbolo niceno: qui cum patre et fi
lio ſimul adoratur et cōglorificatur
Nulla enim creatura debet adorari
eqūali adoratione cum deo. Cōtra
iſtos trēs articulos errauit Sebelli⁹
qui poſuit confuſionem perſonarūꝫ
dicens: ꝙ eadem perſona quandoqꝫ
erat pater: quandoqꝫ filius: quādo
qꝫ ſpiritus ſanctus. Contra quem
dicit Athenaſius. Alia eſt enim per
ſona patris alia filij alia ſpirit⁹ ſan
cti Unde ſciendum eſt ꝙ vna perſo
na eſt alia ab altera. non tamen eſt
aliud. vnde iſta eſt vera: pater eſt a
lius a filio. ſed iſta eſt falſa ⁊ hereti
ca. pater ē aliud a filio. quia hoc qđ
dico alius: dicit diuerſitatem in per
ſona. ſꝫ h⁹ quod dico aliud dic̄ diuer
ſitatem in eſſentia. Alij tres articu
li pertinent ad opera trinitatis. quo
rum quedam pertinent ad opera na
ture. videlicet ad opus creationis.
et de hoc eſt vnus articulus: ꝙ debe
mus credere deūꝫ eſſe creatorēꝫ om
niūꝫ creaturarūꝫ. Et de iſto articu
lo dicitur in ſimbolo apoſtolorum:

creatorē celi ⁊ terre Et cōtra iſtūꝫ
articulūꝫ errauit Manicheus. qui
dixit: ꝙ deus bonus creauit res in
uiſibiles. ſed deus malus creauit res
viſibiles. Unde contra errorēꝫ ſuū
fuit additum in ſimbolo niceno: vi
ſibilium omniūꝫ et inuiſibiliūꝫ No
tandum etiam ꝙ in ſimbolo apoſto
lorum dicitur creatorēꝫ. in ſimbolo
autem niceno dicitur factorem. Et
ratio eſt quia differentia eſt inter cre
are ⁊ facere. quia creare eſt aliquid
ex nihilo producere. facere ē produ
cere aliquid ex aliquo. Quia ergo
deus in principio creauit materiam
tam celeſtium qꝫ tereſtrium: ex qua
poſtea fecit alia: ideo dicitur creato
rēꝫ. quia vero poſtea ex illa materia
fecit alias creaturas: ideo dicitur fa
ctorem Operum etiam dei quedam
pertinent ad opus gratie. videlicet
opus iuſtificationis. Et de hoc eſt
vnus articul⁹. ſ. ꝙ debemus credere
ꝙ per gratiam dei remittuntur pec
cata fidelibus vnitis in vnitate et fi
de eccleſie catholice. Et de hoc dici
tur in ſimbolo apoſtolorum: ſanctā
eccleſiam catholicam. i. vniuerſalēꝫ
ſanctorum cōmunionem remiſſionē
peccatorum. Et in iſto articulo con
prehenduntur omnia ſacramēta ec
cleſie Et quoqꝫ ſacroſancta romana
eccleſia de baptiſmo et eucariſtia et
alijs eccleſie ſacramentis in quibus
fideles ſibi adinuicem communicāt
et per quē fit peccatorum remiſſio:
credit predicat et docet eſſe credēdū
Et contra iſtū articulū errauit Pe
lagius. qui poſuit ꝙ ꝑ actū ſolū libe
ri arbitrij abſqꝫ grā dei poterat habe
ri remiſſionem peccatorum Contra
etiā iſtū articulum errant iacobite
nicolaite ⁊ omnes heretici ⁊ iudei ⁊

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſarraceī ⁊ quicūq3 de baptiſmō ⁊ eu
cariſtia ⁊ alijs ſacramentis credūt'a
liter q3 ſancta romana eccleſia Cō
tra etiam iſtum articulum erant ſpe
cialiter greci . qui negant ſacroſan
ctam romanam eccleſiam eſſe caput
et magiſtram omnium eccleſiarum
Unde contra iſtuz errorez fuit addi
tum in ſimbolo niceno: apoſtolicam
eccleſiam. Contra etiam errorem.
Donati qui poſuit baptiſmuz debe
re iterari : fuit additum in ſimbolo
niceno. Confiteor vnum baptiſma
Operum etiam dei quedaz pertinēt
ad opus glorie ſcilicz opus glorifica
tionis. Et de hoc eſt vnus articul⁹
videlicet ꝙ credimus omñs reſurre
cturos taz bonos q3 malos . bonos
eſſe premiandos ⁊ malos eſſe puniē
dos. Et de iſto dicitur in ſimbolo a
poſtolorum. Carnis reſurrectionez
vitam eternam Et in ſimbolo nice
no. Expecto reſurrectionez mortu
orum et vitam venturi ſeculi amen.
Et in ſimbolo Athenaſij Ad cuius
aduentuz omnes homines reſurge
re habent cuz corporib⁹ ſuis . et red
dituri ſunt de factis ꝓprijs ratiōem
et qui bona egerunt ibunt in vitam
eternam. qui vero mala in ignem e
ternum. Iſti igitur ſunt articuli fi
dei pertinentes ad diuinitatez. Alij
ſeptem ſunt pertinētes ad Chriſti
humanitatem. Primus eſt de con
ceptione filij dei. credere ſcilicet qđ
filius dei fuit conceptus in vtero be
ate Marie virginis virtute ſpiri
t⁹ ſancti. Et de hoc dicitur in ſim
bolo apoſtolorum. Qui conceptus
eſt de ſpiritu ſancto. Et in ſimbolo
niceno. Qui propter nos homines
et propter noſtram ſalutem deſcēdit
de celis. et incarnatus eſt de ſpiritu
ſancto Contra iſtuz articuluz erra
uit Manicheus dicēs dei filiuz nō
veram carnem ſed fantaſticam aſſū
pſiſſe Et contra iſtum errorem dici
tur in ſimbolo Athenaſij perfectus
de⁹ perfectus homo ex anima ratiō
nali et humana carne ſubſiſtēs Se
cundus articul⁹ de his qui pertinēt
ad humanitatez: ē de natiuitate. ſ.
ꝙ credimus dei filiuz ab eterno na
tum a patre . ex tempore natum ex
Maria virgīe. que virgo extitit an
te partum et in partu et poſt partuz
Et de iſto articulo dicitur in vtroq3
ſimbolo natus ex Maria virgine .
Tertius articulus pertinēs ad hu
manitatem eſt de paſſione ſcilicet ꝙ
credimus dei filium pro ſalute nr̄a
paſſuz crucifixuz mortuum et ſepul
tum. et hoc quantuz ad naturaz hu
manā. q2 natura diuina nihil pātie
batur Et de iſto articulo dicitur in
vtroq3 ſimbolo: paſſus ſub Poncio
pilato crucifixus mortu⁹ et ſepult⁹
Quartus articulus ad humanita
tem pertinens eſt ð deſcenſu ad infe
ros ſcilicet ꝙ credim⁹ ꝙ anima chri
ſti: que in morte ſeparata fuit a cor
pore: vnita deitati corpore etiam di
uinitati vnito remanēte ī ſepulchro
deſcendit ad limbum ſanctorum pa
trum. qui eſt quedam pars inferni.
⁊ ſanctos patres qui in fide de chri
ſto incarnādo ⁊ in caritate deceſſerāt
inde liberauit peccatoribus remanē
tibus in inferno damnatorum . Et
de iſto articulo dicitur in vtroq3 ſim
bolo . Deſcendit ad inferos Quin
tus articulus pertinens ad humani
tatem eſt de reſurrectione ſcilicet ꝙ
credimus dei filiū reſurrexiſſe a mor
tuis tertia die. ſecundum ꝙ ſcriptu
re prophetaꝝ ꝓdixerāt Et de iſto ar

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ticulo dicitur in ſimbolo apoſtolorū Tertia die reſurrexit a mortuis Notandum autem: ꝙ Chriſtus non fuit in ſepulchro niſi .xl. horis ſed dicitur ibi fuiſſe tribus diebus quod ſecundum Auguſtinum intelligendū eſt ꝑ ſynodochen .vt ponatur pars diei pro tota die Unde ipſe fuit ibi ꝑ vltimam partem diei veneris. quia in completorio illius diei fuit poſitū in ſepulchro. ⁊ fuit ibi per totam diem ſabbati ⁊ per primam partem diei dominice· quia in aurora reſurrexit. Sextus articulus ad humanitatem pertinens eſt de aſcenſu ad celos. credere. ſ. ꝙ quadrageſima die a reſurrectione ſua Chriſtus cum magna comitiua angelorum et animarum ſanctorū patrum quas ab inferno abſtraxerat aſcendit ad celū et ſedet ad dexterā dei patris omnipotentis. Septimus articulus eſt de aduentu ad iudicium Et de iſto articulo dicitur in ſimbolo. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos Iſti ergo articuli ſunt. xiiij. articuli fidei. quorum ſeptem pertinēt ad dīuinitatem. et ſeptem ad humanitatem Chriſti. Et iſtos articulos debēt ſacerdotes ſubditos ſuos docere. ⁊ maxime illos qui pertinent ad humanitatem. et potiſſime illos de quib⁹ eccleſia ſolennizat. Sicut eſt articul⁹ de conceptione. de quo fit feſtum in annūciatione beate Marie. Et articul⁹ de natiuitate. de quo fit feſtū in natali. Articulus de paſſione. de quo fit feſtum in paraſceue. Et articulus de reſurrectione. de quo fit feſtum in paſca Et articulus de aſcēſione domini. Iſtos enim articulos quilibet fidelis poſtq̄ꝫ venit ad ānos diſcretionis: tenetur ſcire explicite

Et de iſtis articulis ad humanitatē pertinētibus habētur verſus. Concipitur. naſcitur. abſoluitur. patit. deſcendit ad ima. Surgit. et aſcendit. venit diſcernere cuncta. Hec eſt fides catholica. quā corde credo ore confiteor In qua fide volo viuere et mori proteſtans me in omibus credere ſicut ſacroſancta romana eccleſia credit Et ſiquid minus bene dixi: totum reuoco. ⁊ totum habeatur pro non dicto

## De petitionib⁹ dn̄ice orōnis .c. ij.

Modū et formam orādi ſaluator tradēs diſcipulis dixit Cū oratis dicite pr̄ nr̄ q̄ es in celis ⁊c̄. Circa qd̄ notādū ē: ꝙ iſta orō excellit oēs alias orōes Primo ratiōe magiſtri. q̄ eā cōpoſuit. qui fuit Chriſtus verus deus ⁊ verus hō in quo om̄s theſauri ſapiētie et ſciētie dei ſunt abſcōditi Quāto ergo iſte magiſter q̄ iſtā orōē cōpoſuit excellit om̄s alios magr̄os tāto iſta orō excellit om̄s alias oratōnes Unn̄ vocat iſta orō dn̄ica q: dn̄s dominātiū eā cōpoſuit et ordinauit. Secundo excellit om̄s alias orationes ratione form̄ Eſt eīꝫ orō breuiſſima ita ꝙ nēo pōt dicere: ꝙ ratōe plixitatis ſue generet tediū vel faſtidiū Notādū tn̄ ꝙ licet vt dictum ē ſit ita breuis i verbis: ē tn̄ profūda in ſenſu et ad ipetrādū efficaciſſima Un̄ de ea dicit ſapiēs Breuis oratio penetrat celos Tertio excellit ōs alias oratiōes ratiōe materie d̄ qua ē. In ipſa eni cōtinent oīa neceſſaria tā ī vita iſta q̄ꝫ ī alia. vn̄ notandū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ꝙ ſaluator in iſta oratione ſic̃ proze
dit quia primo docet nos captare dĩ
beniuolentiã. Secundo docet orã
di modum ⁊ formam Primũ facit
cum dicit. Pater noſter. ſecundum
facit: cum dicit adueniat regnum tu
um ⁊ c̃. Circa primum duo facit.
Primo docet nos captare dĩ beniuo
lentiam. ſecundo docet nos optare
orationis efficaciam ibi ſanctificetur
⁊ c̃. Dicit ergo pater noſter qui es
in celis Ubi primo confitemur deũ
eſſe omnium rerum principium. q̃
pater. Secundo allegamus noſtrũ
priuilegium. quia dicimus noſter.
Tertio nominamus nomen eius ꝑ
priũ. quia qui es Quarto aſſignã⁹
ei certum domicilium. in celis. Di
cimus ergo pater noſter. Ubi ſcien
dum eſt: ꝙ ſcd̃m quod dicit ille He
breaidus: pater accipitur quĩqꝫ mo
dis. Quia vno modo dicitur pater
ratione cure. alio modo ratione ge
niture. alio modo ratione etatis. alĩ
o modo cauſa honoris. alio modo
ratione creationis Iſtis quinqꝫ mo
dis deus eſt pater omnium. Primo
ratiõe cure ita dicens Paul⁹. Om
nem ſolicitudinẽ noſtram ponentes
in deũ. quoniã ipſi eſt cura de om
nibus. Et ipſemet Chriſtus dicit ĩ
Matheo. Nolite ſoliciti eſſe dicen
tes: quid manducabimus: aut quid
bibemus: aut quo operiemur ſcit eĩ
pater veſter celeſtis: quia his omĩb⁹
indigetis. Secundo deus eſt pater
omnium ratione geniture. Unde d̃
eo dicit. Apoſtolus Uoluntarie ge
nuit nos verbo veritatis. vt ſimus ĩ
itium aliquod creature eius. Unde
quilibet poteſt dicere illud pſalmi.
Dominus dixit ad me filius meus
es tu. ego hodie genui te Et d̃ quo
libet dicit deus illud quod dicitur in
ſcd̃o Regũ. Ego ero illi in patrẽ
et ipſe erit mihi in filiũ. Tertio de
us eſt pater omĩum ratione antiqui
tatis. Unde de eo dicit Daniel An
tiqu⁹ dierũ ſedit. ⁊ libri videlꝫ conſci
ẽtiaꝝ aptĩ ſunt corã eo. Unde om
nes poſſum⁹ dicere: quod dicit Apo
ſtolus Unum patrẽ habemus deũ
Quarto deus eſt pater omĩũ ratio
ne honoris. q̃ deũ debemus hono
rare ſpeciali honore et reuerentia. q̃
a doctorib⁹ dicit̃ latria. qui honor
nulli creature debet exhiberi. vnde
quilibet debet dicere illud: quod dici
tur in Matheo. Cõfitebor tibi do
mine deus pater celi ⁊ terre. ita ꝙ
confiteri ibi idẽ eſt quod laudare ſi
ue honorare. Quinto deus ẽ pater
omĩũ ratiõe creatiõis. vnde Moy
ſes Nunquid nõ ipſe eſt pater tuus
qui poſſedit te ⁊ fecit et creauit te.
Unde ex hoc quod dicimus pater ha
bem⁹ fiduciã illud qd̃ in iſta oratio
ne petim⁹ obtinendĩ. vnde poſſum⁹
arguere ſic pat̃ dat filio illud: quod
petit ab eo. ſolum ꝙ illud quod pe
tit ſit iuſtum et filio neceſſariũ Sꝫ
deus eſt pater omniũ. ⁊ illud quod
petimus in iſta oratione iuſtiſſimum
et nobis valde neceſſariũ. quare fi
duciam habemus: ꝙ deus totũ da
bit nobis. Et fundatur iſta ratio ſu
per verbum ſaluatoris in Luca. vbi
dic̃ ſic Si vos cum ſitis mali noſtis
bona data dare filijs vr̃is: q̃nto ma
gis pater vr̃ celeſtis dabit ſpm̃ bonũ
petentibus ſe: quaſi dicat ꝙ imo da
bit. Secundo in oɾ̃one iſta allega
mus nr̃ũ priuilegiũ: cũ dicim⁹ no
ſter. vbi notãdũ ꝙ q̃uis vt dictũ
eſt de⁹ ſit pr̃ omĩũ illis q̃nqꝫ modiſ
tñ nr̃i q̃ ſu⁹ ẽgñati ũda baptiſmatis
ẽ ſpãlit pr̃. vñ nos baptizati ⁊ rege
nerati ĩ chriſto poſſum⁹ dice[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Unde ipſe ē pater noſter. quia nos
ſumus ab eo liberati miſericordius
adoptati ſpecialius. educati nobiliuſ
informati ſalubrius. Dico: ꝙ deuſ
eſt ſpecialiter pater noſter: quia nos
chriſtiani ſumꝰ ab eo redempti ſiue
liberati miſericordius Unō nos poſ
ſumus dicere dō illud: quod dicitur
in apocalipſi. Redemiſti nos deus
in ſanguine tuo De qua redemptio
ne dicit beatus Petrꝰ Non corrup
tibilibꝰ auro et argento redēpti eſtis
de vana veſtra conuerſatiōe. ſed pre
cioſo ſanguine agni immaculati dñi
noſtri Jeſu chriſti Secundo dico ꝙ
deus ē ſpecialiter pater noſter quia
nos chriſtiani ſumus ab eo adopta
ti ſpecialiꝰ. Et de hoc dicit Apoſto
lus. Miſit deus ſpiritum filij ſui in
corda noſtra. in quo clamamꝰ abba
pater. vt adoptionem filij dei recipe
remus. Tertio dico: ꝙ deus eſt pat
noſter: quia nos chriſtiani ſumus a
deo educati nobilius. In ſacramēto
eiꝫ eucariſtie paſcit nos deus corpo
re et ſanguine Chriſti Ita dicit ipſe
met in Johanne dicens caro mā ve
re eſt cibus. ⁊ ſanguis meus vere eſt
potus. De iſto cibo dicit pſalmiſta:
panem angelorum manducauit hō
De quo pane dicit Chriſtus Qui
manducauerit ex hoc pane viuet in
eternum. Unde eccleſia tantum be
neficium recognoſcens in voce gra
tiarum actionis prorumpens dicit.
O ꝙ̃ ſuauis ē domine ſpiritus tuus
in nobis. vt eniꝫ dulcedinem tuam
in filios demōſtrares pane ſuauiſſimō
de celo preſtito eſurientes humiles
reples bōis faſtidioſos diuites dimit
tens inanes. Quarto dico: ꝙ deus
eſt ſpecialiter pater noſter. quia nos
chriſtiani ſumus ab eo informati ſa
lubrius. ⁊ hoc ꝑ doctrinam euange
licam Que ſola eſt doctrina ſalutifera
et ſalubris Et iſtam doctrinaꝫ pete
bat Dauid dum dicebat Bonitatē
et diſciplinaꝫ et ſcientiam doce me.
Et de iſta diſciplina dicit Sapiens
Audi fili mi diſciplinaꝫ patris tui.
Ex hoc ergo quod dicimus noſter:
habemus fiduciaꝫ: ꝙ illud quod in
iſta oratiōe a deo petimus: dabit no
bis. Ut arguamus ſic principale at
trahit ad ſe acceſſoriuꝫ. extra de con
ſecratione eccleſie vel altaris. Si ec
cleſia. libro. vi. Sed deus dedit ſe
ipſꝫ nobis. ideo vocamus euꝫ noſtrū
et reſpectu eius oīa ſunt acceſſoria
Ergo certi ſumus: ꝙ iſta dabūtur
nobis a deo. Et fundatur iſta ratio
ſup verbuꝫ apoſtoli dicētis in epiſto
la ad. ro. Si deus ꝓ nobis quis cō
tra nos. qui etiam proprio filio ſuo
nō pepercit ſed pro nobis omnibus
tradidit euꝫ quomodo etiaꝫ nō cum
illo oīa nobis donauit: quaſi dicat
ꝙ imo. Tercio in oratiōe iſta nomi
namus nomē dei ꝓprium. cum dici
mus qui es Circa qō ſciēdum ꝙ ꝙ̃
uis ſecūduꝫ doctores ī vita iſta neſci
amus nomē ꝓprium dei tamē inter
oīa nomina que dicuntur de deo
iſtud nomen qui es ē ſibi magis pro
priū. qō patet qꝛ Moyſi interrogā
ti quid reſpōderet filijs Iſrael ſi in
terrogarent quod erat nomen dei di
xit deus. Sic dices filijs iſrael qui ē
miſit me ad vos Dicimꝰ ergo deo q̇
es. qꝛ deus ē firma entitas omnes
pficiēs. ſūma bonitas oībus ſuffi
ciens pura veritas oēs erudiens.
vera caritas oēs reficiēs. Dico ꝙ di
cimꝰ deo q̇ es qꝛ ipſe ē firma entitas
nūꝙ̃ deficiēs. vnde ipſe dicit de ſe in
exodi Ego ſum qui ſuꝫ Et pſalmi
ſta. A ſeculo in ſeculum tu es deus
Secundum dicimus qui es qꝛ deꝰ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt ſumma bonitas omnib⁹ ſufficiens
Unde iuueni vocanti ſe bonum di
xit Chriſtus. Nemo bonus niſi ſo
lus deus. Et de deo dicit pſalmiſta
Bonus es tu. ⁊ in bonitate tua do
ce me iuſtificationes tuas. Et apo
ſtolus. Sufficientia noſtra ex deo ē
Tertio dicimus: qui es quia deus
es pura veritas omnes erudiens.
Unde dicit Chriſtus in Johanne
Ego ſum via veritas ⁊ vita. Et
in Matheo Magiſter ſcimus quia
verax es. et viam dei in veritate do
ces Quarto dicimus deo: qui es.
quia deus eſt vera caritas omnes re
ficiens. Unde i prima canonica Jo
hannis Deus caritas eſt et qui ma
net in caritate i deo manet et deus
in eo. Et ipſemet dicit in Matheo
Venite ad m̄ omnes: qui laboratis
et onerati eſtis. et ego reficiam vos
Dicendo ergo qui es: fiduciaʒ habe
mus ꝙ deus: qui eſt firma entitas
nulli deficiet. Quia eſt ſumma boni
tas omnibus ſufficiet. Quia eſt pu
ra veritas omnes erudiet Quia eſt
vera caritas: omnes reficiet Quar
to dico: ꝙ in iſta oratione captando
dei beniuolentiam aſſignamus ſibi
certum domiciliuʒ: cum dicimus in
celis Circa quod notandum: ꝙ ce
lum quoad nunc eſt quadruplex. qꝛ
eſt celum ſupernaturale. materiale
ſpirituale. et intellectuale. Celuʒ ſu
pernaturale eſt ipſa trinitas Et de
iſto celo dicitur in Geneſi Suſcipe
celum ideſt ipſam trinitatem. et nu
mera ſtellas ideſt ei⁹ perfectiones ⁊
proprietates ſi potes. Celum ma
teriale quoad nūc eſt celum empire
um. De quo dicitur in Geneſi In
principio creauit deus celum. quod
ſecūduʒ ſtellabruʒ intelligitur de ce
lo empireo. Celum ſpirituale eſt de
uota anima. De quo dicitur in pſal
miſta Dominus in celo ſedes eius.
Celum intellectuale eſt natura an
gelica De quo ibidem. Verbo dn̄i
celi firmati ſunt. ideſt angeli firma
ti ſunt. ſ. firmati ſunt in bono. In
quolibet iſtorum celorum eſt deus.
quia in primo celo ideſt in trinitate
eſt indiuiſus ꝑ eſſentiam In ſecūdo
celo ideſt in celo empireo eſt clare vi
ſus per gloriam in tertio celo ideſt i
anima deuota eſt inhabitans ꝑ gra
tiaʒ. In quarto celo ideſt in natura
angelica eſt ipſam eleuans per excel
lentiam Dico primo: ꝙ deus in pri
mo celo. ideſt in trinitate eſt indiui
ſus per eſſentiam Et de hoc dicitur
in prima canonica Johānis Tres
ſunt qui teſtimoniuʒ dant in celo pa
ter verbum et ſpūs ſanctus. et hi
tres vnum ſunt videlicet ꝑ eſſentiaʒ
Secundo dico: quia deus eſt in ſe
cundo celo ideſt in empireo clare viſ⁹
per gloriaʒ Et de hoc dicitur in A
pocalipſi. Apertum eſt hoſtium in
celo. ⁊ archa teſtamenti viſa ē Hec
archa teſtamenti eſt deus. qui vt dic
Apoſtolus: noui teſtamenti et anti
qui mediator ē. Tertio dico ꝙ deus
eſt in tertio celo ideſt in anima deuo
ta ipſaʒ inhabitās ꝑ gratiaʒ Unde
in pſalmiſta Ad te leuaui oculos m̄
os. qui habitas in celis ideſt in ani
mabus deuotis. Quarto dico ꝙ de
us eſt in quarto celo ideſt in natura
angelica ipſam eleuans per excellen
tiaʒ Unde pſalmiſta Eleuata ē ma
gnificentia tua ſuper celos. gloſa.
ideſt ſuper noueʒ ordines angelorū
Dicendo ergo i celis habemus fidu
ciam ꝙ quia deus eſt in primo celo
in ipſum trāſformabimur quia eſt i

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſecūdo ꝑ ipſum beatificabimur. qꝛ
eſt in tertio: ꝑ ipſuȝ inhabitabimur.
quia eſt in quarto per ipſuȝ eleuabi
mur ¶Et ſic terminatur prima parſ
dominice orationis . in qua captāus
dei beniuolenciam . Sequitur ſcd̄a
pars. in qua optamus ſiue petimus
orationis efficaciam dicendo: ſancti
ficetur nomen tuum . ¶Et eſt prima
petitio in ordine. ſed eſt vltima in re
ſeu in intentione Circa quod ſcien
duȝ: ꝙ ad hoc ꝙ oratio noſtra babe
at efficaciaȝ. i. ad hoc ꝙ exaudiatur
requirūtur quatuor. ſ. ꝙ fiat cuȝ fir
mitate fidei. cum bonitate rei. cum
deuotione animi. et quod fiat in no
mine Chriſti . Dico primo : ꝙ ad
hoc quod oratio habeat efficaciam:
oportet ꝙ fiat cum firmitate fidei.
Sicut enim inſtrumentuȝ eſt ineffi
cax niſi ſit debito ſigno ſignatum :
ita orō ſit inefficax : niſi ſit ſignacu
lo fidei conſignata. ¶Et ideo dicebat
Chriſtus: Quidquid orantes peti
tis: credite. i. ſignaculo fide ſignate
et accipietis. ⁊ fiet vobis. Ut enim
dicitur in Johanne Scimus ꝙ pec
catores deus non audit . Ut autem
dicit Apoſtolus. Omne quod nō eſt
ex fide: peccatum eſt. ¶Et ideo vt dicit
Chriſtus. Ueri adoratores adora
bunt patrem in ſpiritu ⁊ veritate. ſ.
fidei. Secundo dico: ꝙ ad hoc ꝙ o
ratio habeat efficaciaȝ : oportet ꝙ fi
at cum bonitate rei. i. ꝙ in oratione
non petantur nociua. ſed vtilia Si
cut eniȝ libellus ineptus eſt nullus
ita oratio inepta eſt nulla. In cuius
ſignuȝ dicit Chriſt⁹ Petitis: ⁊ nō
accipitis. eo ꝙ male petitis. Tertio
dico: ꝙ ad hoc ꝙ oratio habeat effi
caciaȝ: oportet ꝙ fiat cum deuotiōe
animi. Sicut eniȝ ad hoc ꝙ fumus

aſcendat de thuribulo oportet ꝙ ſit
ibi ignis : ita ad hoc ꝙ oratio aſcen
dat ad deuȝ: oportet ꝙ ſit igne deuo
tionis accenſa In cuius ſignum le
gitur in Apocalipſi. Stetit angel⁹
iuxta aram templi habens thuribu
luȝ aureuȝ in manu ſua. et data ſūt
ei incenſa multa . que ſunt oratiōes
ſanctorum. et aſcendit fum⁹ aroma
tum in conſpectu dei de manu ange
li. Ideo petebat pſalmiſta. Dirigatur
oratio mea ſicut incenſum in conſpe
ctu tuo . Quarto dico: ꝙ ad hoc ꝙ
oratio habeat efficaciam: oportet ꝙ
fiat in nomine Chriſti. Sicut eniȝ
illō quod procurator agit : nō valet
niſi agat noīe ꝓcuratorio. Ita cum
ſimus orando ꝓcuratores Chriſti
ſi volumꝰ exaudiri: oportet ꝙ peta
m⁹ in nomine Chriſti . Unde dicit
Chriſtus . Quidquid petieritis pa
trem in noīe meo dabit vobis. Iſta
quatuor optamus eſſe in oratiōe no
ſtra cum dicim⁹: ſanctificetur nomē
tuuȝ . Tria prima tangūtur in hoc
quod dicim⁹: ſanctificetur. ſecūdum
ꝙ ſanctum vno modo idem eſt quod
firmum. in quo firmitas fidei ſiat A
lio m° ideȝ ē: quod ſine terra. in quo
vtilitas rei . Alio modo ideȝ eſt: qđ
ſanguine tinctum : in quo deuotio
animi deſignatur. Quartum tāgi
tur in hoc quod dicit nomen tuum
De quo nomine dicit in Marcho.
In nomine meo demonia eijcient.
linguis loquentur nouis. ſerpentes
tollent. ¶Et ſi mortiferum quid bibe
rint nō eis nocebit : Super egros
manus imponent ⁊ bene habebunt
¶Et ſic terminatur ſecunda pars do
minice orationis . in qua optamus
orationis efficaciaȝ . Sequitur ter
tia pars principalis. i qua docemur



(c) 2006 Ministerio de Cultura

orandi modum et formam . cum dici
tur adueniat regnuꝫ tuuꝫ ⁊c. Cir
ca quod ſciendum . ꝙ ab iſto loco vſqꝫ
in finem continentur ſex petitões
in quibus petimus omne quod neceſ
ſarium eſt nobis taꝫ in vita iſta . ꝙ
in alia Cum eniꝫ tota perfectio ho
minis cõſiſtat in duobus : ſcilicet in
declinatione mali: et in proſequutio
ne bõi. iuxta illũ pſalmiſte. Declina
a malo et fac bonum ideo in iſta ora
tione petimus a deo vt nobis bonuꝫ
conferat et vt malũ a nobis auferat
Quantum ad collationem boni po
nuntur tres petitiones Cum enim
ſit triplex bonum . ſcilicet bonum .
glorie. bonum gratie . bonuꝫ natu
Iſtud triplex bonum petim⁹ nobis
dari . Nam bonum glorie petimus
cum dicimus adueniat regnum tuũ
ſcilicet padiſi Et eſt ſenſus . O pat
noſter qui es in celis. petimus ꝙ re
gnum tuuꝫ adueniat . i. ad nos veni
at. Sed quare meli⁹ dicit adueniat
regnuꝫ tuuꝫ: ꝙ dicat adueniam⁹ re
gnum tuum Dico ꝙ ad denotandũ
ꝙ gloria padiſi non habetur ex pro
priis meritis. ſed ex mera gratia dei
iuxta verbuꝫ Apoſtoli dicentis Nõ
ex operib⁹ iuſticie que fecimus nos:
ſed ſcdm ſuam miſericordiaꝫ ſaluos
nos fecit. Ideo dicitur adueniat . i.
ex gratia tua ad nos veniat Nõ autẽ
dicitur adueniamus. quia vt dictum
eſt: ex meritis noſtris nos non poſſu
mus in illud venire Nemo enim po
terit venire: niſi pater traxerit illum
vt dicitur in Iohãne De iſto regno
dicit Auguſtinus loquens in pſona
Chriſti Venale hẽo inqt regnuꝫ
celorum. quo emitur: paupertate re
gnum . vilitate gloria . morte vita
Bonum gratie petimus: cum dici

mus fiat voluntas tua ſicut in celo
et in terra Ad cuius euidentiaꝫ ſci
endum eſt: ꝙ homo vocatur in ſcrip
tura terra. vnde pſalmiſta. Anima
mea ſicut terra Unde de homine iuſto
dicit idem Benedixiſti domine terrã
tuam. Angeli autẽ ſiue ſancti in pa
diſo exiſtẽtes vocantur celum . Unde
pſalmiſta. Celi enarrant gloriaꝫ dei
Eſt ergo ſenſus. O pater noſter q
es in celis fiat voluntas tua in terra
.i. i nobis hominibus terreis ſicut fit
in celo . i. ſicut fit in angelis et bea
tis. Uel p terram intelligitur eccle
ſia militans . p celum eccleſia triũ
phans. Ut ſit ſenſus . ſicut fit volũ
tas tua in eccleſia tribumphãti ita
petimus ꝙ fiat in eccleſia militanti
Que autem eſt iſta voluntas. docet
nos Apoſtolus dicens Hec eſt vo
luntas dei ſanctificatio noſtra. et di
cit fiat voluntas tua Nõ dicatur vo
luntas noſtra. quia vt dicit Chriſt⁹
Non omnis qui dicit mihi domine
domine intrabit in regnum celoruꝫ
ſed qui fecerit voluntatem patris mei
qui in celis ẽ . ipſe intrabi in regnũ
celorum. Bonum nature petimus
cum dicimus panem noſtrum quoti
dianum da nobis hodie. Et eſt ſciẽ
dum ꝙ panis dicitur a pan. quod ẽ
totum. in hoc ergo quod petim⁹ pa
nem petimus omnia nobis neceſſa
ria ad ſuſtentationem iſtius miſere
et tranſitorie vite. Nec eſt iſtud con
tra illud quod dictum fuit ſupra pte
ſecunda tractatu tertio capitulo de
oratione . vbi dicitur ꝙ in oratione
non ſunt petenda temporalia. quia
intelligendum eſt ꝙ non ſunt peten
da directe ⁊ p ſe . ſed in quantum ſunt
nobis neceſſaria ad habendum cele
ſtia. ſic poſſunt bene peti Un̄ Gre

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gorius in collecta. Sic tranſeam⁹
per bona temporalia: vt nō amitta
mus eterna. Uel eſt intelligendum
ꝙ non ſunt petenda ad ſuperfluitatē
ſed ad ſuſtentationem. et ſic petim⁹
ea hic. vn̄ dicimus hodie. quia non
petimus niſi q̄ntum eſt neceſſarium
pro die. Jta petebat Salomon dū
dicebat Diuitias aut paupertatem nō
dederis mihi. ſed tm̄ victui meo tri
bue neceſſaria. Et Paulus Habē
tes alimenta ⁊ quibus tegamur hiſ
contenti ſumus. Notandum etiam
ꝙ triplex eſt panis: quem petim⁹ in
iſta oratione. Primus eſt panis ſpi
ritualis auſtere penitētie. iſte eſt pa
nis ordeaceus. De iſto pane dicitur
in Johanne Eſt puer vnus hic ha
bens quinqꝫ panes ordeaceos Jſti
quinqꝫ panes ſunt quinqꝫ partes ꝑ
fecte penitentie. ſ. cōtritio confeſſio
oratio elemoſina et ieiuniū. de qui
bus dictum eſt in ſecunda pte. Se
cundus ē panis ſacramentalis euca
riſtie. de quo pane dicitur in Johā
ne Hic eſt panis: qui de celo deſcē
dit qui manducauerit ex hoc pane:
viuet in eternū. Jn fortitudine iſti
us panis ambulant fideles vſqꝫ ad
montem paradiſi. Tertius eſt panis
materialis tēporalis ſubſtantie. Et
de iſto pane dicitur in Geneſi: In ſu
dore vultus tui veſceris pane tuo.
Jſtos tres panes petimus in oratio
ne iſta iuxta verbū ſaluatoris ī Lu
ca dicentis. Amice accomoda mihi
tres panes. Jſte ergo tres petitiōes
reſpiciunt collationem boni. Sunt
alie tres: que reſpiciunt ablationem
mali. Circa quod notandum: ꝙ du
plex eſt malum. ſ. malū culpe ⁊ ma
lum pene. Malum culpe eſt duplex
.ſ. preteritum et futurum. ſecundū

hoc ſunt tres petitiones. Jn
prima petimus malum culpe prete
ritum nobis dimitti. cum dicimus:
dimitte nobis debita noſtra ſicut et
nos dimittimus debitoribus noſtriſ
Jta debita ſunt peccata iuxta para
bolā Chriſti. quā propoſuit Sy
moni leproſo dicēs Duo debitores
erant cuidam feneratori ⁊c̄. que pa
bola ſecundum gloſam intelligitur
de debito peccati Jſta debita petim⁹
nobis dimitti a deo: ſicut et nos di
mittimus debitorib⁹ noſtris. i. illis
qui contra nos peccauerūt. qr iſtud
intelligitur de debito iniuriarū. q̄s
debemus remittere. alioquin niſi di
mittamus: deus non dimittet nobiſ
dicēte Chriſto Pater veſter celeſtis
non dimittet vobis. niſi vos dimiſe
ritis vnuſquiſqꝫ de cordibus veſtris
Jn qua enī menſura menſi fueritiſ
eadem menſura remenſietur vobis.
Si ergo vis ꝙ deus dimittat pecca
ta tua tibi. dimitte tu illis qui cōtra
te peccauerunt. alioquin dicetur ti
bi Ex ore tuo te iudico ſerue neqꝫ.
Dicis enim: dimitte mihi. ſicut ego
dimitto. ſed tu nō dimittis. ergo di
cis: ꝙ tibi nō dimittā. Sed nūq̄d
ille qui exiſtens in fraterno odio dic
iſtam orationē: peccat. Dico ꝙ nō
quia nō dicit eam in pſona propria
ſed in pſona eccleſie. quod patet. qr
dicit nobis. non mihi. Et ideo cū
vniuerſalis eccleſia nūqꝫ poſſit erra
re: nunqꝫ errat in dicendo iſtā o
rationem. Jn ſecunda petitiōe peti
mus nobis a malo culpe futuro pca
ueri. cū dicim⁹. Et ne nos inducaſ
in tentationem. Notandū ergo ꝙ
tentatio aliquando ſumitur ī bonū
ſicut in geñ. quando dicitur. Ten
tauit deus Abraam Et in libro ſa



(c) 2006 Ministerio de Cultura

pientie. Deus autem tentauit illos et inuenit eos dignos ſe. Et dicitur deus tentare duobus modis. Uno modo permiſſiue. et ita ſumitur quando dicitur: deus tentauit illos .i. tentati permiſit. Alio modo dicitur tentare: vt oſtendat exemplum virtutis alijs. ſicut tentauit Abraam. vt oſtenderet virtutem obedientie eius. Et de tali tentatione non intelligimus hic Aliquando autem tentatio ſumitur in malum. et eſt duplex nam quedam eſt ab hoſte. i. a demone quedam a carne. inquantum .ſ. caro inſurgit aduerſus ſpiritum. Tentatio que eſt ab hoſte: non eſt peccatum niſi conſentiatur ſibi. imo ſi reſiſtat ſibi eſt multum meritoria Et iſto modo fuit tentatus Chriſtus vt dicitur in Matheo vbi dicitur. Ductus eſt Jeſus in deſertum a ſpiritu vt tentaretur a diabolo etc. Tentatio que eſt a carne: ſemper prouenit ex peccato. inquantum ipſa rebellio carnis ad ſpiritum prouenit in nobis ex peccato primorum parentum. et eſt materialiter peccatum originale. Modo iſta rebellio quantum ad ſui principium non eſt in poteſtate noſtra. prout dicitur quod primi motus non ſunt in poteſtate noſtra ſed reſiſtere iſti rebellioni: ſiue alii dicere primos motus bene eſt in poteſtate noſtra. Et ideo conſentire tentationi ſiue ſit ab hoſte ſiue a carne ſemper eſt peccatum Ita quod ſi ſit conſenſus cum deliberatione eſt peccatum mortale. Sed ſi ſit conſenſus ſubitus et quaſi ſurreptitius: eſt ſolum peccatum veniale. Modo ergo in iſta petitione nos non petimus: ne tentemur. ſed petimus ne in tentationem inducamur. Tunc autem in tentationem inducimur: cum ei conſentimus. Et ideo in iſta petitione nihil aliud petimus: niſi quod deus det nobis virtutem reſiſtendi tentationi. Quod Apoſtolus promittit eum facturum dicens Fidelis deus qui non permittit vos tentari ſupra illud quod poteſtis. ſed faciet cum tentatione prouentum. ita vt poſſitis ſuſtinere In vltima petitione petimus nos a malo pene liberari. cum dicimus: ſed libera nos a malo. ita quod intelligitur hoc de malo pene eterni quod eſt ſimpliciter malum Nam malum pene temporalis poteſt eſſe et eſt aliquando bonum. ſicut bonum fuit martyribus pati et ſuſtinere multas penas et multa tormenta. vnde a tali malo non petimus liberari. ſed a malo pene eterne Juxta illud quod petit eccleſia Libera me domine de morte eterna. In fine omnium petitionum ſubiungitur amen. i. iſta fiat. quaſi confirmatio omnium petitionum. Sic ergo in oratione dominica ſunt ſeptem petitiones. in quarum prima petimus orationis efficaciam. cum dicimus ſanctificetur nomen tuum. quaſi dicamus ſicut nomen tuum eſt ſanctum et firmum: ita illud quod petimus in iſta oratione ſit firmum Et ideo licet iſta petitio ſit prima in ordine: tamen eſt vltima in intentione. In alijs ſex petimus nobis omne bonum conferri. et a nobis omne malum auferri. Donet dominus: vt nobis hec omnia concedantur Et iſta ſufficiunt quantum ad nunc. quia forte alias de iſta materia latius loquar.

De decem preceptis decalogi .c. iij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Interrogāti iuueni quid faciendo vitaꝫ eternam haberet: reſpondit Chriſtus Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. quaſi diceret ingreſſus ad vitam eternam ē obſeruatio mandatorum. Que quidem mādata ſunt precepta decalogi. Et dicitur decalogus a deca. quod eſt decem. et logos quod eſt ſermo quaſi decem preceptorum ſermo. Sunt ergo precepta legis decem. quorum quedam ordinant hominem in deū quedam ad proximum. precepta q̄ ordināt hominem in deuꝫ: ſunt tria ſecunduꝫ ꝙ homo eſt obligatus deo ad tria Sicut enim vaſſallus debet dño tria. ſ. fidelitatem: vt non recognoſcat aliquem alium dominum. reuerentiam. vt nō faciat ei opp̄brium. famulatum. vt impendat ei debitum obſequium. ſic quilibet de dictamine iuris naturalis eſt obligat⁹ deo ad iſta tria Et ideo quantuꝫ ad primum ē iſtud preceptum Non habebis deos alienos corā me Quantum ad ſecundum eſt iſtud. Nō aſſumes nomen dei tui in vanuꝫ. Quātum ad tertium eſt iſtud. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Precepta que ordinant hominēꝫ ad proximum ſunt ſeptem. Ordinatur eiꝫ homo ad proximum duobus modis. ſ. vt bonum ſibi faciat et non ſibi noceat Quantū ad primum ē vnū preceptum. ſ. Honora patrem tuū et matrem tuam. Quantum ad ſecundum ſunt ſex precepta. Poteſt eniꝫ homo nocere p̄ximo tribus modis Primo modo facto. alio modo verbo. alio modo voluntate. Facto poteſt ei nocere tribus modis. ſ. in pſona propria vel in perſona ſibi coniuncta. vel in propria ſubſtantia. Quantum ad primum eſt iſtud preceptum. Non occides. quantum ad ſecunduꝫ eſt illud. Non mecaberis q̄ntum ad tertium eſt iſtud. Nō furtuꝫ facies. Quantuꝫ ad hoc: ne noceat homo proximo verbo: eſt iſtud. Non falſuꝫ teſtimoniū dices Quātum ad hoc ne noceat homo proximo voluntate: ſunt alia duo. q̄ ne noceat ſibi voluntate libidinis: eſt iſtō Non concupiſces vxorē proximi tui Ne autem noceat ſibi voluntate cupiditatis: eſt iſtud Non concupiſces ſeruum: non ancillam: non boueꝫ: non aſinum. Iſta ergo ſunt decem precepta legis. de quorum quolibet aliqua per ordinem ſunt dicenda.

### De primo precepto

Primum preceptuꝫ eſt. Nō habebis deos alienos corā me Ita ꝙ in iſto p̄cepto prohibetur omnis ydolatria. oīs herſis. et omēs ſpecies ſortilegij ſiue diuinationis. quocunqꝫ modo fiant. ſiue fiant in igne ſiue in aere ſiue in aqua ſiue in terra ſiue in corporib⁹ mortuorum ſiue in aſpectu garritus vel volatus auium ſiue in caracteribus ſiue in vana aſpectione pſalterij vel euangeliorum vel aliarum ſcripturarum et regulariter omnis diuinatio quocunqꝫ predictorū modorū vel ſimili modo fiat: prohibita ē in iſto precepto. et eſt maledicta a deo ⁊ a ſancta eccleſia tanqꝫ ydolatria ⁊ infidelitas. Cū enim futura q̄ ſoli⁹



(c) 2006 Ministerio de Cultura

dei ſunt: per tales ſuperſtitiones aliꝗ
qui inuenire laborant: diuinitatis
ſura creaturis attribuunt. Ita dicit
Iſayas dicēs Priora et nouiſſima
ānunciate mihi. et dicam ꝙ dij eſtis
vos. Auguſtinus. Non obſeruetis
dies: qui dicunť egiptiaci. ⁊ kalenď
Januarij. in quibus cantilene et
quedam comeſſationes: et adinui
cē dona donantur. quaſi in princi
pio anni boni fati augurio. aut ali
quos menſes aut tempora dies vel
ānos aut lune et menſis ſoliſqꝫ cur
ſum. quia qui has et quaſcunqꝫ di
uinatiōes aut fata aut auguria ob
ſeruat: aut attendit: aut conſentit
obſeruantibꝰ aut talibus credit aut
ad domum eorum vadit. aut in ſua
domo introducit aut interrogat: ſci
at ſe fidem chriſtianā et baptiſmū p̄
uaricaſſe. et paganū et apoſtataꝫ et
dei inimicū eſſe: et irā dei grauiter i
currere. niſi eccleſiaſtica emendatuſ
penitentia deo reconſilietur. Nota
tñ ꝙ agricole qui ſeruant tēpora ad
ſeminandū vel arbores ſcindenduꝫ
et ad ſimilia: que certam et natura
lem habent ratione: vel phiſici qui
ad medicinas dandas vel minutōes
faciendas et ad ſimilia obſeruant di
es certos et tempora: non condem
nātur hic. Cū enīꝫ omnia iſta infe
riora ſubſint quātuꝫ ad naturā cor
poreā influentie corpoꝝ celeſtiū. nō
ē prohibitū imo eſt debituꝫ et neceſ
ſariū reſpicere in iſtis. ⁊ attendere i
fluxu ſtellarū et planetarum. Sed
cum aīa rōnalis in nullo ſubſit iſtiu
ētie iſtoꝝ corporū dicente Ptholo
meo Anima ſapiēs dn̄abitur aſtris
reſpicere talia in his que a libero ar
bitrio procedunt eſt ſuperſtitioſum et
vanū. Unde ex clamore cornicis p̄
noſticare pluuiā futurā. nō ē ſupſtiti
oſum. cū talia aīalia ex diſpoſitōne
et immutatōe aeris poſſint in corpi
bus ſuis ſentire talem imutatōem.
Notandū etiā ꝙ ſi aliquis vel aliꝗ
colligat aliquā herbā dicēdo ſimbo
lū vel orōnē dn̄icā vt ponat eam ſu
p aliquē infirmū iſta intentione. vt
in iſtis deꝰ creator oīuꝫ ⁊ dn̄s hono
reť nō repbať. dūmº nulla alia ſup
ſtitioſa obſeruātia obſerueť. vel miſ
ceať. xxvi. q. v. Nō liceat. ⁊. q. vij
Non obſeruetis. Et iſtud eſt habē
dum pro regula generali in materi
a iſta ꝙ inq̄ſitio oīs q̄ fit p inuoca
tionē demonū tacitā vel expreſſam
quomodocūqꝫ fiat ſiue p caracteres
ſiue p figuras ſiue quomodocunqꝫ
ē in iſto p̄cepto ꝓhibita. Sed quid
erit de iſtis coniurijs in quibus reci
tantur nomina dei et angeloruꝫ et
ponuntur multa bona verba. Dico
ꝙ in iſtis cauēdū eſt ne ſub ſpecie bo
ni lateat malū. Unde diligenter ad
uertēdū eſt ne inter illa nomina āmi
ſceātur aliqua nomina ignota. que
magis ſint nomina demonū q̄ꝫ no
mina angeloꝝ. Cum enim vt diť
Beda. nulla falſa doctrina ſit que
nō aliq̄ vera falſis āmiſceat. impoſ
ſibile eſt quin in iſtis ſupſtitioſis nō
āmiſceāť aliq̄ bōa cū malis. Et q̄ꝛ
modicū fermēti totā maſſaꝫ corrum
pit. quantūcūqꝫ ſint ibi multa bōa
ſi ſint ibi aliqua mala totū eſt corru
ptuꝫ et ſuſpectuꝫ Quia etiā āgeluſ
malus ſepe trāſfigurat ſe in angelū
lucis. non ē credēdum iſtis fantaſti
cis qui dicunt ſe videre angelos vel
ſanctos aliquos Unde dicit apoſto
lus. probate ſpiritus ſi ex deo ſint.

De ſecundo precepto.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

S**Ecundū preceptū**
eſt Nō aſſumes no
men dei tui ī vanū
Ita ꝙ in precepto
iſto prohibentur pͦ
et principaliter oēs
ſpēs periurij: q̄ ſūt
multe. Ad cuius euidentiā ſciendū
eſt: ꝙ ad hoc ꝙ iuramentū ſit licitū
oportet ꝙ ſint ibi tria. ſ. veritas iu
dicium et iuſticia. Ita dicit dn̄s per ꝓ
phetam Iurabunt ait dn̄s in verita
te in iuſticia et iudicio. xxij. q. i. Et
iurabunt. Et ſi aliquod iſtoꝝ trium
defuerit piurium dicitur. xxij. q. ij.
Animaduertendum. Ueritas enim
ſemper debet eſſe in conſcientia iurā
tis. vt firmiter ſciat ita eſſe: ſicut iu
rat. alias ſi credat: nō debet de ſcia
ſed d̄ credulitate iurar̄. Iudiciū dici
tur hic diſcreta deliberatio. ſ. vt nō
iuret etiam verum niſi propter neceſ
ſitatem. i. cum dicit alicui aliqd̄ ve
rum: quod ei expedit. vel vtile eſt
credere. et non vult credere ſimplici
aſſertioni. Iuſticia vt illud quod iu
ratur ſit licitum et honeſtum. extra
de iureiurādo Et ſi chriſtus. Quo
modocunqꝫ ergo iuretur: ſiue iura
mentum ſit aſſertorium ſiue ꝓmiſſo
rium: quodcunqꝫ iſtorum deficiat:
ſiue ꝙ iuretur falſum ſiue verum:
tamen iurans credit iurare falſum.
ſiue ꝙ iuretur abſqꝫ aliqua neceſſita
te: ſiue ꝙ iuretur aliqd̄ illicitū: ſem
per eſt periurium. et eſt directe con
tra iſtud preceptum Sed quid fiet
de iſtis iuramētis quotidianis. que
fiunt ex quadam leuitate et ex qua
dam mala conſuetudine. nunqd̄ eſt
ibi periurium cum deficiat ibi iudici
um. Dico ꝙ ſic. Sed ſi fiant de re
licita et ſine intentiōe decipiendi vel

fallendi: illud periurium non ē niſi
peccatū veniale. Si autē fiant cum
intentione fallendi vel ſi fiant de re
illicita eſt peccatum mortale. Unde
nota ꝙ cum iuramētum non fuerit
inuentum vt ſit vinculum iniq̄tatiſ
iurantis. iuramētum quod fit de re
illicita. vel quod fit contra caritatē
⁊ quod non poteſt ſeruari ſine inte
ritu ſalutis eterne. ſicut ſi iurarem
me aliquem interfecturum vel non
daturum elemoſinā vel aliquod tale
ꝑiurium eſt. nec eſt aliquatenꝰ obſer
uandum. Unde Hieronymꝰ. In
malis ꝓmiſſis reſcinde fidem. in tur
pi voto muta decretum. Item nota
iuramentum eſt vel vox ipiꝰ iurātiſ
vel actꝰ ipſe vel ipſum quod iuratur
Cauſa inſtitutionis iuramenti fuit
duplex Una eſt ꝓpter infirmitatem
hōinum de facili dubitātiū. qr vnꝰ al
teri ſimplici verbo non credit. Alia
propt̄ ydolatriā. ſicut enim conceſſū
fuit vt hoſtias deo immolarent. ne
eas offerrent ydolis. i. demonibus
ſic potius ꝓmiſſum fuit vt per deum
q̄ꝫ per creaturas. ne incidantur in
crimen ydolatrie Forma iuramenti
alia fit ſolo ſermone. alia interuen
tu cuiꝰlibꝫ rei ſacre Que fit ſermo
ne eſt triplex In veteri lege iurabāt
viuit dominꝰ viuit anima mea In
eccleſia primitiua. teſtis eſt mihi do
minꝰ. teſtis eſt mihi conſcientia Et
hodie iuratur ꝑ deum. vt patet. xxij
. q. i. Ver itas rei non ſufficit niſi
aſſit conſcientia. vt patet. xxij. q. ij
ca. Homines. Etiā veritas cōſcientie
ſufficit. vt a furto excuſare. ſ. ſi cre
do dn̄m ꝑmiſſurꝫ. vt. ff. d̄ obliga.
Que ex delictis naſcuntur. l. Pla
cuit. Notādum etiā ꝙ hic ꝓhibetur
iuramentum quod fit ꝑ falſos deos.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod nō dʒ fieri a chriſtianis. Tū
credo ꝙ chriſtianus vbi eſſet expedi
ens poſſet recipere iuramentū a pa
gano per deos ſuos. ⁊ in iſtis hētur
reſpectus ad deum: et ideo non ꝓhi
bet. Nota etiā ꝙ non eſt iurandū
per creaturas: niſi ꝑ aliquas. vide
licet per euāgeliū per altare per cru
cem per reliquias ſanctorū. In ma
nu etiam Epiſcopi poteſt iurari. xx
ij. q. i. Si aliqua. et. q. v. Qui ꝑ
iurat. Unde nota ꝙ qui iurat ꝑ cre
aturaʒ non conceſſam: debet acerri
me caſtigari. vt dicit Raymundus

## De tertio precepto

TErtium preceptuʒ
eſt: Memento vt
diē ſabbati ſancti
fices Ita ꝙ in iſto
precepto precipit̄ ꝑ
mo et principaliter
obſeruari dies dñica. et ex conſeqn
ti precipiunt̄ alie feſtiuitates ſolēnes
que ponuntur de conſecratione di.
iij. Pronunciandū. Natiuitas dñi
ſanctoꝝ Stephani Johannis euā
geliſte. innocentū. Silueſtri. circū
ciſio dñi. epiphania. purificatio ſan
cte marie. ſanctum paſca cum tota
ei⁹ ebdomada. tres dies rogationū
aſcenſio domini. penthecoſtes. ſancti
iohannis baptiſte. duodecim apoſto
lorum et maxime Petri et Pauli:
qui mundum ſua predicatione illu
minauerunt. Sancti Laurentij.
Aſſumptio ſancte marie. natiuitas
eiuſdeʒ. dedicatio ſancti Michaelis
dedicatio cuiuſcūqʒ oratorij. omni
um ſanctorum. ſancti Martini. et
ille feſtiuitates quas ſinguli Epi ī
ſuis epiſcopatibus cum populo col
laudauerūt. que vicinis cōmoranti
bus indicende ſunt. non tamen ge
neraliter omnib⁹. Tū hoc vltimuʒ
intellige de ſanctis canonizatis ab
eccleſia romana. qꝛ Epš nō poſſet
per ſe aliquē ſcūʒ canonizare. extra
de reliquijs ⁊ veneratione ſcōrū. c.
i. Relique vero feſtiuitates per ā
nuʒ nō ſunt cogende ad feriandum
nec prohibēde. Hec ita ſcripta ſūt
⁊ determinata de conſecratōe. di. iij
Pronunciādū. Item Euſebi⁹ pa
pa inſtituit feſtuʒ inuentiōis ſancte
crucis quinto nonas madij ſolenni
ter celebrari. de con. di. iij. Crucis
Nota etiam: ꝙ in iſto. c. Pronun
ciandum nō fit mentio de annuncia
tione beate Marie. cum tamen ſit
feſtum celebre et ſolenne. Sed for
te dicet aliquis: iſtud preceptum de
die ſabbati non de die dominica in
telligendum eſt Ad cuius euidentiā
notandum ꝙ in lege veteri fuerunt
quedam precepta cerimonialia que
dam moralia. Cerimonialia erant
illa: que pertinebant ad ſpecialē cul
tum dei ſcilicet ꝙ tali die fieret tale
ſacrificium vel tale et etiam illa que
pertinebāt ad cerimonias illius po
puli ſicut ꝙ induerentur tali veſte ⁊
ſimilia. Et iſta ꝑcepta ex quo chri
ſtus ſurrexit non ſunt obſeruanda
imo qui ea obſeruaret: mortaliter
peccaret. Moralia erant illa: que
erant de dictamine legis nature. ſic
ſeruire deo honorare parentes. et ſi
milia. Et talia precepta adhuc ma
nent in virtute ſua Modo precep
tū de obſeruatōe ſabbati ꝑtim erat
morale q̄tum ad hoc ſcilicet ꝙ debi
tus honor impenderetur deo: quia
iſtud eſt de dictamine legis nature.
ſed quod tali die determinatio talis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

honoꝛ impendeꝛetuꝛ magis q̃ꝫ alia
die: erat cerimoniale. in q̃ꝫtū ꝫ requi
es illius diei erat figura illiꝰ ſabbati
magni: quo Chriſtus quieuit in ſe
pulchro. Et ideo q̃ꝫtū ad iſtud ceſſa
uit illō preceptū Jta ꝙ dies ſabbati
fuit mutata in diem dñicam. et hoc
rationabilit̄. Jn hac eniꝫ die mūdꝰ
ſumpſit exoꝛdium. reſurrexit Chri
ſtus. moꝛs interitum et vita accepit
principiuꝫ. Et iſta eſt intentio beati
Pauli in epiſtola ad coloñ. vbi dic̄
Nēo vos inducet ī cibo ⁊ potu aut ī
parte diei feſti aut neomenie aut ſab
batoꝛuꝫ. que ſunt vmbra futuroꝛuꝫ
Et de hoc diſputat Apoſtolꝰ ad he
breos tertio et quarto capitulis. Et
habentuꝛ ſup hoc multa capitula ō
coñ. di. iij. Jn diebus feſtiuis debēt
homines vacare hymnis et pſalmiſ
et canticis ſpūalibus et alijs bōis
opibus magis q̃ꝫ alijs diebus. Et
ideo debent abſtineꝛ ab omni opere
ſeruili. non ſolum a peccato quod ꝓ
prie ſeruile dicituꝛ. qꝛ facit hominē
ſeruum diaboli. ſed etiaꝫ ab opibus
machanicis et negocijs ſecularibus
vt mercatum non fiat nec placitum
nec aliquis ad morteꝫ vel penam iu
dicetuꝛ. nec ſacramenta iurentuꝛ.
niſi pro pace faciēda de coñ. di. iij.
Rogationes. De his machanicis
et ſecularibus expreſſit deus dicens
Sex diebus opaberis opera tua. ſe
primo autem die ſabbatum eſt domi
ni dei tui. non facies omne opus tu
et filius tuus ⁊ filia tua. ſeruus tu
us et ancilla tua. iumentum tuum
⁊ aduena. qui eſt intra portas tuas
Nota etiaꝫ ꝙ propteꝛ periculuꝫ ho
ſtium vel tempeſtatis imminētis poſ
ſunt fructus colligi in diebus domi
nicis et feſtiuis. Jta tamē ꝙ de illis
pro poſſe ſtudeant illi quorum ſunt
largiores elemoſinas erogare. Sco
lares etiaꝫ in huiuſmodi diebus poſ
ſunt ſcribere in quaternulis ſuis le
ctiones ſuas. quas per ebdomadaꝫ
audierunt

De quarto precepto

Uartum preceptuꝫ
et eſt primū de illis
que pertinēt ad pro
ximum: eſt Hono
ra patrem tuum et
matrem tuam. Jta
ꝙ in iſto precepto directe precipituꝛ
ꝙ parētes honorētuꝛ. Et eſt intelli
gendū nō ſoluꝫ de honore et reuerē
tia: ſic ꝙ oſculētuꝛ eis manꝰ et ſimi
lia: imo ꝺ hōore ſubſidij et ꝓuidētie
.ſ. ꝙ ꝓuideatuꝛ eis in neceſſarijs ſe
cūdū facultatē vniuſcuiuſcūq; Noīe
etiā pr̄is ⁊ matris intelliguntuꝛ pre
lati eccleſie et magiſtri et dñi tempo
rales quibꝰ omnibus eſt honoꝛ debi
tus exhibendus Nomine etiaꝫ pr̄is
et matris intelligūtuꝛ oēs ꝓximi.
quibus ſi indigeat ſunt ſeptem opa
miſericoꝛdie exhibenda. Notādum
ꝙ operum miſericoꝛdie quedaꝫ ſunt
ſpiritualia: quedaꝫ coꝛpoꝛalia Spi
ritualia ſunt iſta Conſulere neſcien
tes Corripere delinquētes Remit
tere iniuriantibus Conſolari triſteſ
Suſtinere importunos. Orare pro
perſecutoꝛibus. vnde verſus Con
ſule caſtiga remitte ſolare fer oꝛa.
His ſupradictis lectoꝛ ſupadde do
cere. Coꝛpoꝛalia ſunt iſta Paſcere
eſuriētes Potare ſitientes. Veſtire
nudos Viſitare īfirmos Redimeꝛ
captiuos Colligeꝛ hoſpitio vagos
Sepelire moꝛtuos. Unde verſus
Viſito poto cibo redimo tego colli
go condo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## De quinto precepto.

Quintum preceptū eſt et etiam ſcōm de pertinentibus ad ꝓximum ē. Non occides. ſupple iniuſte. In quo precepto ꝓhibetur homicidium Et ſub nomīe homicidij intelligitur omnis iniuria corporalis. q̄ poteſt inferri ꝓximo. et eſt notandum: ꝙ duplex eſt homicidium quia quoddam eſt ſpirituale quoddam corporale. Spirituale fit quinqꝫ modis. ſ. odiēdo. Unde Johānes in prima canonica ſua Qui odit fratrem ſuum homicida ē. Detrahendo. male conſulendo. nocendo Et de iſtis tribus habetur d̄ pe. di. i. homicidiorum Omnis iniquitas Noli putare. Uictuꝫ ſubſtrahēdo. di. lxxxvi. Paſce fame morientem. ſi non paviſti occidiſti. Et qd̄libet iſtorum homicidiorum ſecūdū doctores eſt peccatum mortale Homicidium corporale ſecunduꝫ doctores fit duobꝰ modis. vno modo verbo. alio modo facto Uerbo fit tribꝰ modis. ſ. precepto conſilio et defenſione. di. l. ſiquis viduaꝫ De pe. di. i. Periculoſe Et quodlibꝫ iſtoruꝫ ſi fiat iniuſte eſt peccatum mortale. Facto fit quatuor modis. ſ. iuſticia neceſſitate caſu ꝛ voluntate Juſticia vt cum iudex vel miniſter reuꝫ iuſte condemnatum ad mortem occidit. Hoc homicidium ſi fit ex liuore vel amore fundendi humanum ſanguinem licꝫ talis iuſte occidatur q2 meretur mortem: iſte tamē peccat mortaliter propter intentionē corruptaꝫ Si vo fiat ex amore iuſticie: nec peccat iudex condemnando ipꝫ ad mortem: nec precipiēdo miniſtro vt occidat eum: nec miniſter exequēdo mādatuꝫ iudicis. duꝫ tñ faciat iuris ordine ſeruato Probat̄ hoc ex verbo Apoſtoli ad romanos. vbi dic̄ Oīs aīa poteſtatibꝰ ſublimioribꝰ ſubdita ſit. Et ſequitur non eīm ſine cauſa gladiuꝫ portat. Dei ēñ miniſter eſt iudex in iraꝫ eius qui male agit Si fiat neceſſitate: diſtingue. q2 aut illa neceſſitas fuit euitabilis poterat eiꝫ euadere abſqꝫ occiſione hominis. et tunc eſt reꝰ homicidij. Et debet agere pñiaꝫ tanqꝫ ꝓ mortali Aut fuit ineuitabilis. q2 occidit hominē abſqꝫ odij meditatione. imo cum dolore animi ſe et ſua liberando. Et in iſto caſu non dicitur peccare. nec aſtringitur ad penitentiam. debet tamen dolere et ſuis peccatis aſcribere. q2 in tantam potuit venire neceſſitateꝫ Bonarum enim mentium eſt: ibi inuenire culpam vbi culpa non eſt. extra d̄ homicidio Interfeciſti Si aūt fiat caſu: hic diſtingue. quia aut iſte dabat opam rei licite aut illicite. ſi illicite puta q2 proiecit lapideꝫ verſus loca ꝑ que cōſueuerunt homies trāſire. vel dū furabatur equum vel bouēꝫ: aliquis a boue vel equo percuſſus interijt et ſimilia i iſto caſu talis ſimpliciter eſt reꝰ homicidij. Si dabat operā rei licite puta q2 inſcidebat arborē ibi neceſſariā vel deponebat fenū d̄ curru vel ſimilia ſi adhibuit diligētiaꝫ quā potuit videlꝫ reſpiciendo vel preclamādo non nimis tarde vel dimiſſe ſed tp̄re cōgruo et alte ita ꝙ ſi aliquis erat ibi vel veniebat poterat fugere vel ſibi cauere nō imputabitur ſibi. Probatur hec diſtinctio .l. di. Sepe contigit. Extra de homicidio. Quidam. Si autem fiat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homicidiſum voluntate: ſine omni diſtinctione tenendum eſt: ꝙ eſt grauiſſimum et enorme peccatum. di. l. ſi quis voluntarie.

### De ſexto precepto

Sextum preceptum eſt: non mecaberis. Ita ꝙ in iſto precepto ꝓhibent̄ oı̄s cōcubitus preterquā cum legitima vxore. Que autem et quot ſunt ſpecies talis concubitus: vide ſupra parte ſecunda tractatu. ij. c. ix.

### De ſeptimo precepto

Preceptum ſeptimū eſt. Non furtum facies. Ita ꝙ in iſto precepto ꝓhibet̄ furtum ⁊ rapina vſura fraus dolus ⁊ generalit̄ omnis acquiſitio illicita aliene rei quomodocunqꝫ. ⁊ quocunqꝫ pallio ſiue titulo fiat.

### De octauo precepto

Octauū preceptū eſt. Non falſum teſtimonium dices. Ita ꝙ i iſto precepto prohibetur oı̄e mendacium. Et eſt ſciendum ꝙ ſecundum Auguſtinū in libro de mendacio octo ſunt genera mendaciorū. Primum eſt: quod fit in doctrina fidei et bonoꝝ morū vt dicere Chriſtum non natū eſſe de virgine. vel nō eſſe paſſū in cruce. vel aliquid ſimile circa articulos fidei vel bonos mores. Secundum eſt: qđ nulli ꝓdeſt: et obeſt alicui. vt eſt mendacium detractionis vel falſi teſtis in cauſa criminali. Tertiū eſt quod ꝓdeſt alicui et obeſt alteri. vt mendaciū falſi teſtis in cauſa pecuniaria. Quartū eſt quod fit ſola mentiendi libidine quaſi ſine cauſa et vtilitate. Quintum: quod fit placendi cupiditate. vt mendaciū adulationis. Sextum eſt quod nulli obeſt: et ꝓdeſt alicui ad euitandum ꝑiculum pecunie. vt ſi aliquis ſciens alicuiꝰ pecuniā tollēdam a fure vel a predone mētiatur ſe neſcire vbi ſit. Septimum: quod nulli obeſt: et ꝓdeſt alicui ad euitandum ꝑiculum ꝑſone. vt ſiquis queratur ad mortē et aliquis mentiatur: ſe neſcire vbi ſit. Octauū: qđ nulli obeſt et ꝓdeſt alicui ī hoc vt ab immundicia corporali aliquem tueat̄. vt ſi volenti corrumpere virginē mentiatur aliquis dicens eam eſſe coniugatā. Alia diſtinctio ponitur ab Auguſtino. ſ. ꝙ mendacium aliud eſt ꝑniciosū. et iſtud comprehendit. v. genera prime diſtinctionis. et ē ſemper peccatum mortale. xxij. q. ij. primum. Aliud ē officioſū. et iſtud comprehendit tria vltima genera prime diſtinctionis. et ē veniale peccatum. Aliud ē iocoſum. et iſtud credo etiā ꝙ ē peccatū veniale. quod intelligo quando ille cui dicitur nouit cauſā iocandi fuiſſe dictū et ꝙ nō dicitur ex libidine mētiendi. De mendacio adulatiōis nota ꝙ aliquis poteſt adulari alicui tribus modis. Uno modo attribuēdo bonū quod nō habet. Et de iſto dicunt aliqui ꝙ ē mortale. aliqui ꝙ ē veniale. Alio modo approbādo malū qđ hēt et iſtud ſcđm oı̄s ē mor

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tale. Alio modo extollendo bonum quod habet et iſtud ſecundum oīs eſt veniale

## De nono et decimo preceptis

Nonum et decimum preceptum prohibēt actum interiorem . actum. ſ. voluntatiſ .ſ. ꝙ nullus concupiſcat alienam vxorez Et nomine vxoris intelligatur quecunqꝫ mulier Et vt dicit Chriſtus: quicunqꝫ viderit mulierem ad concupiſcendum eam: iam mechatus eſt in corde ſuo . Et nō concupiſcat alienam rem ad poſſidendum . Horum preceptorum quedam ſunt affirmatiua: quedam negatiua. vt patet de ſe. Affirmatiua obligant ſemper ſed nō ad ſemper. ſed pro loco et tēpore Negatiua obligāt ſemper ⁊ ad ſemper De iſtis decem preceptis habentur verſus. Unū cole deum ne iures vana per eū. Sabbata ſanctifices et venerare parentes. Nō ſis occiſor fur mechus teſtis iniquus Uicinī thorū resqꝫ caueto ſuas

## De dotibus glorie paradiſi capitulum quartum et vltimum

Quia teſte Auguſtino nullū bonum irremuneratū: neqꝫ malum impunitum ideo vltimo videndū ē de dotib⁹ et de premijs: q̄ habebūt illi: q̄ obſeruabūt pcepta iſta Notādū gº: ꝙ obſeruatorib⁹ iſtoꝝ pceptoꝝ dabuntur ſeptem dotes .i. ſeptem glorie in paradiſo treſ ex ꝑte anime: et quatuor ex ꝑte corporis Ex parte anime eſt clara viſio .ſ. ꝙ videbimus deum clare ſine aliquo velamine Et in iſta viſione cōſiſtit tota noſtra beatitudo . Unde Auguſtinus. Uiſio eſt tota merces Et iſta clara viſio ſuccedit viſioni fidei Ita dicit Paulus Uidem⁹ nūc .ſ. in vita iſta ꝑ ſpeculū i enigmate .ſ. fidei . tunc autem .ſ. in paradiſo facie ad faciē Secunda dos ex ꝑte anime ē firma tentio .ſ. ꝙ firmiter tenebimus deū ꝙ nullo modo timebimus eū amittere. Et de iſta tentione dicitur in canticis. Tenui eū nec dimittam . Et iſta firma tentio ſuccedit virtuti ſpei Tertia dos aīe beate erit ꝑfecta fruitio .ſ. ꝙ anima beata perfecte fruetur . et adherebit deo, et ſatiabitur ⁊ delectabitur i eo. pſalmiſta. Satiabor cum apparuerit gloria tua Et iſta ꝑfecta fruitio ſuccedit amori caritatis Et de iſtis tribus dotib⁹ dicit Auguſtin⁹. Uidebimus amabimus laudabimus . Iſtud officiū habebimus in paradiſo .ſ. videre amare laudare deū Poſt reſurrectionē autem habebim⁹ quatuor dotes ex ꝑte corporis . Quia corpora noſtra erunt agilia .i. mouebuntur per q̄tumcunqꝫ ſpaciū ſine aliqua fatigatione ⁊ labore Erunt etiā in paſſibilia . quia a nullo poterunt pati. Erunt etiam in mortalia quia nullo modo poterunt mori Erunt etiam clariſſima. Unde ſaluator Fulgebunt ſancti vt ſol in regno patris mei. Cuius regni cōciues nos faciat Rex regum et dn̄s dominantiū. Jeſus Chriſtus Amen.

## Excuſatio doctoris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

HEc circa officiū curatorum breuiter a me pſcripta ſunt vt ſimplices in aliquo inſtruerentur. ⁊ magis prouecti ad altiora inueſtiganda laborarēt. Obſecrās vt ſi i libello iſto lector aliqua vtilia inueniat: ipſa attribuat ſoli deo referens ei grates: q mihi peccatori aliq̄tulā ſcintillā intelligentie impartiri dignatus eſt Illa autem que minus bene dicta ſunt mee ignorantie aut inaduertentie aſcribens caritatiue corrigat. et pro me peccatore ad dominum p̄ces fundat. Amen.

Dei gratia per magiſtrū Nicholaum ſpindeler germanū Tarracone ipreſſus fuit. Tertia vero die Auguſti anno dñi milleſimo. cccc°. octogeſimo quarto preſens manipul⁹ curatorum qui vocatur feliciter peroptime q̄ finiuit.

Tabula huius libri

PRima pars habet octo tractatus. quorum primus eſt de ſacramentis in generali. Et habet tria capitula.

Primū eſt de inſtitutione ſacramētorum In folio .iij.
Secundū eſt de efficacia et virtute ſacramentorum in folio .iij.
Tertium de numero ⁊ diſtictione ſacramentorum in folio .iij.

Secund⁹ tractatus eſt de baptiſmo et habet octo capitula
Primū quid eſt baptiſmus .iij.
Secundū de materia baptiſmi .iij.
Tertiū de forma baptiſmi .iiij.
Quartū de miniſtro baptiſmi .v.
Quintū de ſuſcipiētib⁹ baptiſ. .vi.
Sextū de ritu baptiſmi .vij.
Septimū de effectu baptiſmi .viij.
Octauū de annexis baptiſmo .viij.

Tertius tractatus ē de confirmatione Et habet ſeptem capitula
Primū quid ē cōfirmatio .ix.
Secundū de materia cōfirma. .ix.
Tertiū de forma cōfirmatiōis .ix.
Quartū de miniſtro cōfirma. .x.
Quintū de recipiētib⁹ cōfirma. .x.
Sextū de ritu cōfirmationis .xi.
Septimū de effectu cōfirma. .xi.

Quartus tractatus eſt de eucariſtia Et habet vndecim capitula
Primū quid eſt eucariſtia .xi.
Secūdū de miniſtro eucariſtie .xi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tertiū de materia eucariſtie .xiij.
Quartuz de forma eucariſtie.xiiij.
Quintum de loco vbi debet celebra
ri miſſa .xvij.
Sextum de tempore quo debet dici
miſſa .xviij.
Septimuz quotiens in die debz di
ci miſſa .xviiij.
Octauum de veſtibus quibus induit
tur ſacerdos in miſſa .xx.
Nonū cui dz dari eucariſtia .xxi.
Decimuz de ritu miſſe .xxiiij.
Undecimum de deffectibus qui poſ
ſunt accidere in miſſa .xxviij.

Quintus tractatus de penitentia
tractatur in ſecunda pte.

Sextus tractatus eſt de ſacramēto
ordinis. Et habet quinqꝫ capitula
Primum quid ſit ordo .xxxi.
Secundū quot ſunt ordines.xxxi.
Tertium an in quolibet ordine im
primatur caracter .xxxi.
Quartum in quo actu imprimitur
caracter .xxxij.
Quintuz que requiruntur in ſuſci
piente ordines .xxxij.

Septimus tractatus eſt d̄ extrema
unctione Et habet ſeptem capitula
Primuz de materia huius ſacramē
ti .xxxiij.
Secundz de forma extremeuncti
onis .xxxiiij.
Tertiuz de miniſtro huius ſacramē
ti .xxxiiij.
Quartum de effectu extremeuncti
onis .xxxiiij.
Quītū qb⁹ dz dari extrema. xxxiiij
Sextuz in quibus pribus debet ho
movngi .xxxv.
Septimū vtrū debeat iterari.xxxv.

Octauus tractatus ē de ſponſalib⁹
et matrimonio Et q̄tuz ad ſponſa
lia habet quinqꝫ capitula
Primū qd ſint ſpōſalia .xxxv.
Secundum quot modis contrahā
tur ſponſalia .xxxv.
Tertium qua etate poſſunt cōtrahi
ſponſalia .xxxv.
Quartū qd ſit effect⁹ ſpon.xxxvi.
Quintum in qb⁹ caſibus diſſoluun
tur ſponſalia .xxxvi.

Quantum ad matrimonium habz
octo capitula
Primum quid eſt matrimonium et
vnde dicatur .xxxvi.
Secundum qualiter contrahatur
matrimonium .xxxvij.
Tertiuz quando et vbi ſit inſtitutū
matrimonium .xxxvij.
Quartum que fuit cauſa inſtitutio
nis matrimonij .xxxvij.
Quintum qui poſſunt contrahere
matrimonium .xxxvij.
Sextū quot modis dr̄ ma. xxxvij.
Septimuz quot ſunt bona mtrimo
nij .xxxviij.
Octauum de impedimentis matri
mony .xxxviij.

Secūda pars principalis ē de peni
tentia. Et habet tres tractatus quo
rum primus eſt de contritione vbi
ſunt ſeptem capitula
Primū qd ē contritio .xxxvij.
Secunduz de quantitate contritio
nis .xxxvij.
Tertiuz qualis dz eē cō. xxxviij.
Quartū de duratōe con.xxxviiij.
Quītū de qb⁹ dz eſſe cō.xxxviiij.
Sextuz q̄ ſunt cauſe inductiue cō
tritionis .l.
Septimuz quis ē effect⁹ cōtri .li.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Secundus tractatus est de confeſſione. Et habet vndecim capitula
Primū de institutōe cōfeſſiōis .lij.
Secundū de illis qui tenentur ad confeſſionem .liij.
Tertium de tempore quo quis tenetur ad confeſſionem. .liij.
Quartū cui eſt facienda cōfeſ. .lv.
Quintū de quibus facienda eſt confeſſio .lvij.
Sextum de conditionibus quas debet habere confeſſio .lx.
Septimū de iteratione confeſ. .lxi.
Octauum quomodo ſe debet habere ſacerdos ad confitentem .lxij.
Nonum de interrogationibus fiendis in confeſſione .lxiij.
Decimum de poteſtate clauium et effectu confeſſionis .lxvij.
Vndecimū de ſigillo cōfeſ. .lxviij.

Tertius tractatus eſt de ſatiſfactione Et habet ſex capitula
Primū quid ſit ſatiſfactio .lxviij.
Scdm de elemoſina .lxviij.
Tertium de ieiunio .lxxij.
Quartum de orōne .lxxij.
Quintū q penitētia dz īpōi .lxxiij.
Sextum vtrum poſſit ſatiſfieri pro alio .lxxv.

Tertia pars principalis eſt de his q ptinent ad populi informationem Et habet quatuor capitula
Primum eſt de articulis fidei. .lxxvi.
Secundum de petitionibus dominice orationis .lxxviij.
Tertium de decem preceptis decalogi .lxxxij.
Quartum de dotibus glorie paradiſi .lxxxvi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Pastoral

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Epiſtola.

